

pater de fructibus penitentie. frater ille quasi  
 suauiter dormiens migrauit ad dñm. **V**ice  
 simo quarto gratiã impetrat i presenti & glo  
 riam in futuro. pñ. xv. Doctrina bona dabit  
 gratiam. Quod patet i act. i. multis locis i pre  
 dicatõne apostolorũ. **L**uc. xi. Beati qui audiunt  
 uerbũ dei. & c. iiii. **R**e. x. Beati serui cui q̄ stant  
 coram te semp. et audiunt sapientiã tuã. **H**ec di  
 xit regina sabba de seruis salomonis. **L**egit̃  
 in uis. pa. q̄ cũ quidam audiendo & legendo  
 sacra uerba non sentiret in eis p̄fectum. acce  
 dens ad quendam senem dixit ei. q̄ omnia au  
 dita uel lecta obliuioni tradebat. tũc senex ha  
 bens duos potos nouos. precepit alterũ imple  
 ri oleo pluries & refundi. ad ultimum dixit.  
 oleo effuso. q̄ sentiret i utroq̄. & dixit ille q̄  
 iste suauior erat in quo fuerat oleũ. & pingui  
 or q̄ alter. **S**ic est cor quod sepe suscipit uerba  
 dei fit deuotius & patius ad omne bonum.  
**I**te q̄dam pater impetrauit i oratione q̄ nũ  
 q̄ dormiret in predicatione. uel cũ dicerent uerba  
 edificatõnis. cum autẽ dicerent uerbũ ocio  
 sum. uel aliud non pertinens ad edificatõnez.  
 statim dormiebat. cũ autẽ aliqui fratribus loq̄  
 retur de diuinis. omnes dormierunt. quod adũ  
 tens inseruit ex industria uerbũ ociosũ. & om  
 nes excitati sũt. **Q**uos arguis ostendens decep  
 tionem dyabolicam. **I**te ibi dicit q̄ cum fra  
 tres conuenirent ad audiendũ uerbũ dei. uel  
 orandũ uel psallendũ. quidã p̄ uidit puulos  
 ethyopes eorũ oculos claudentes. & ad dozmi  
 endum eos incitantes.

#### PARS SECUNDA DISTINCTIO. I.

**D**ostẽm ostendimus quatuor esse  
 remedia q̄ preseruare possunt ho  
 minẽ a peccato. tractauimus etiã  
 de suggestiõibus peccatorũ. i. tẽ  
 ptationibus. & de radicibus peccatorũ. i. cogi  
 tationibus. & de progressib⁹ eorũ. i. de pctis li  
 gue. & de occasionibus eorũ. i. de quinq̄ sensi  
 bus q̄ plerũq̄ prebent occasionem. uiam. et ma  
 teriã ad peccandũ. consequentẽ considerandũ  
 est de istis peccatis. **E**rit autẽ h̄ consideratio bi  
 p̄rita. q̄ primo considerabimus de peccatis in  
 generali. **S**ecũdo de singulis eorũ in speciali.  
**C**irca peccata i gnali sex cõsideranda occur  
 runt. **P**rimo quidem de pctis & uitiis s̄m se.  
**S**ecũdo de distinctõe eorũ. **T**ertio de cõpatõe  
 eorũ adinuicem. **Q**uarto de subiecto peccati.  
**Q**uinto de causa eius. **S**exto de effectib⁹ ei⁹.  
**C**irca primũ cõsideranda sunt sex. **P**rimo  
 utrũ uitiũ cõtrariet̃ uirtuti. **S**ecũdo utrũ uitiũ  
 sit cõtra naturã. **T**ertio qd sit peius utrũ  
 pctm uel actus uitiõsus. **Q**uarto utrũ act⁹ ui  
 tiõsus possit simul esse cũ uirtute. **Q**uinto utrũ  
 i omni pcto sit aliquis actus. **S**exto de diffini  
 tione peccati quã ponit aug. xxii. cõtra faustũ  
**A**d primũ. s. utrũ uitiũ cõtrariet̃ uirtuti. di  
 cendũ q̄ circa uirtutẽ duo possumus cõsi  
 derare. s. ipsam essentiã uirtutis. & id ad qd ẽ  
 uirtus. **I**n essentia quidẽ uirtutis aliquid potest  
 cõsiderari directe. et aliquid ex cõsequenti. di

recte qdẽm uirtus importat dispositionez qn  
 dam alicuius conuenient se habentis s̄m mo  
 dum nature sue. **V**n phũs dicit. i. vii. phis. q̄  
 uirtus est dispositio p̄fecti ad optimũ. datio  
 aut p̄fecti qd est dispositũ s̄m naturã. **E**x con  
 sequenti aut sequit̃ q̄ uirtus sit bonitas qdã.  
**I**n hoc enĩ consistit uniuscuiusq̄ rei bonitas.  
 q̄ conuenient se habeat s̄m modũ sue nature  
 id aut ad quod uirtus ordinaẽ. est actus bon⁹  
**S**cõm hoc ergo tria inueniunt̃ opponi uirtu  
 ti. quorũ unũ est pctm. quod opponit̃ sibi ex p  
 te ei⁹ ad qd uirtus ordinaẽ. **N**am peccatũ pro  
 prie nominat actũ inordinatũ. sicut actus uir  
 tutis est ordinatus & debitus. **S**ecũdũ aut qd  
 ad rationẽ uirtutis consequit̃ q̄ sit bonitas q̄  
 dam. opponit̃ uirtuti malicia. s̄m id qd dire  
 cte est de ratione uirtutis. opponit̃ uirtuti uir  
 tiũ. **V**itiũ enĩ uniuscuiusq̄ rei esse uidetur q̄  
 non sit disposita s̄m qd conuenit sue nature.  
**V**n aug. dicit in tertio de liber. ar. **Q**uod p̄fe  
 ctioni nature deesse p̄spexeris. id uoca uitiũ.  
**E**t nota q̄ sic dicit tullius i. iiii. de tuscul. q̄sti.  
**M**ozbi & egritudinis sunt partes uitiõsatis  
**I**n corporibus enĩ mozbu appellat̃ torius cor  
 poris corruptionem. puta febrem uel aliqd hu  
 iusmodi. egritationem uero mozbu cũ imbec  
 illitate. uitiũ autẽ cũ p̄tes corporis inter se di  
 scozdent. & q̄muis i corpore qnq̄ sit mozbu  
 sine egritatione. puta cũ aliquis est male di  
 spositus interius. non tñ exteri⁹ p̄pedit̃ a soli  
 tis opatiõibus. in animo tñ ut ipse dicit h̄ duo  
 non possunt sũ cogitatione secerni. **N**ecessẽ  
 est enim q̄ qnẽcunq̄ aliquis est interius male  
 dispositus habens inordinatũ affectũ. q̄ ex h̄  
 imbecillis reddatur ad debitas opationes ex  
 ercendas. q̄ una q̄q̄ arbor ex fructu cognoscit̃  
 tur. i. homo ex ope. ut dicit̃ **M**at. xii. **S**ed ui  
 tium animi ut ibidem dicit̃ tullius. est habitus  
 aut affectio animi in tota uita inconstans. &  
 a seipsa disentiens. **Q**uod quidem inuenitur  
 etiã absq̄ mozbo. ut puta cum aliquis ex in  
 firmitate. uel ex passione peccat. **V**n in plus se  
 habet uitiũ q̄ egritatio uel mozbus. **S**icut  
 etiã uirtus in plus se habet q̄ sanitas. **N**am  
 sanitas etiã quedam uirtus ponit̃ in. vii. phi.  
 & ideo uirtuti conuenienti⁹ opponitur uitiũ  
 q̄ egritatio uel mozbus.

**A**d secundũ scz utrũ uitiũ sit cõtra naturã.  
 dicendũ q̄ sic dicit̃ aug. in. iiii. de li. ar.  
**O**mne uitiũ eo q̄ uitiũ est cõtra naturã est. q̄  
 sicut dictũ est uitiũ uirtuti contrariet̃. **V**ir  
 tus aut uniuscuiusq̄ rei consistit in hoc q̄ sit  
 bene disposita s̄m conuenientiam sue nature  
**V**nde oportet q̄ in qlibet re uitiũ dieat̃. ex  
 eo q̄ est dispositum contra id qd cõuenit na  
 ture. **V**n & de hoc una q̄q̄ res uitupaẽ. a uis  
 tio aut nomẽ uitupationis detractum credit̃.  
 ut dicit̃ aug. in. iiii. de li. ar. **S**ed consideradũ  
 est q̄ natura uniuscuiusq̄ rei potissime ẽ for  
 ma. s̄m quã res speciem sortitur. homo autẽ i  
 specie constituitur p̄ animã rationalẽ. & ideo  
 illud quod est contra ordinem rationis p̄prie

est contra naturam hominis in quantum homo quod autem est secundum rationem est secundum naturam hominis in quantum est homo bonum autem hominis est secundum rationem. & malum hominis est esse contra rationem ut dicit dionysius. iiii. c. de divinis nominibus. Unde virtus humana quae hominem facit bonum. & ipsius opus bonum redditur est secundum naturam hominis in quantum convenit rationi. Vitium autem est contra naturam hominis in quantum est contra ordinem rationis. Virtutes autem & si non causantur a natura secundum suum esse perfectum. tamen inclinant ad illud quod est secundum naturam. id est secundum ordinem rationis. Dicit enim tullius in sua rhetorica. quod virtus est habitus in modum naturae rationi consentaneus. & hoc modo virtus dicitur esse secundum naturam & per contrarium intelligitur quod vitium sit contra naturam. Item nota quod vitium dicitur esse contra naturam & contra legem divinam sicut patet ex diffinitione Augustini. Peccatum est factum. vel dictum. &c. ut infra patebit. quod quod est contra naturam artificiatum est etiam contra naturam artis ad ordinem rationis humane sicut ad comparationem ad ordinem rationis humane sicut ad artificiatum. Unde eiusdem rationis est quod vitium et peccatum sit contra ordinem rationis humane. & quod sit contra legem eternam. Unde Augustinus dicit in iii. de libro ar. quod a deo habent omnes naturae quod naturae sunt. et in tantum vitiose sunt in quantum ab eius quae facte sunt arte discedunt.

**T**ertium scilicet quod sit peius. utrum vitium vel actus vitiosus dicendum quod habitus medio modo se habet inter potentiam & actum. Manifestum est autem quod actus in bono et in malo preminet potentie. ut dicitur in ix. metha. Melius est enim bene agere quam posse bene agere. & similiter vituperabilius est male agere quam posse male agere. Unde sequitur quod habitus in bonitate & in malitia medium gradum obtineat inter potentiam & actum. ut scilicet sicut habitus bonus vel malus preminet in bonitate vel malitia potentie. ita etiam subdat actui. Quod etiam ex hoc apparet. quod habitus non dicitur bonus vel malus nisi ex hoc quod inclinat ad actum bonum vel malum. Unde propter bonitatem vel malitiam actus dicitur habitus bonus vel malus. & sic potior est actus in bonitate vel malitia quam habitus. quod propter unumquodque tale. & illud magis est

**Q**uartum scilicet utrum actus vitiosus possit simul esse cum virtute dicendum quod peccatum comparatur ad virtutem. sicut actus malus ad habitum bonum. aliter autem se habet habitus in anima & forma in re naturali. forma enim naturalis ex necessitate producit operationem sibi convenientem. Unde non potest esse simul cum forma naturali actus forme contrarie. sicut non potest esse cum calore actus in frigidationis neque simul cum levitate motus descensionis. nisi forte ex violentia exterioris moventis. sicut habitus in anima non ex necessitate producit suam operationem. sicut homo utitur eo cum voluerit. unde simul habitus in homine existente potest non uti habitu. aut agere contrarium actum. et sic potest habens

virtutem peccare ad actum peccati. Actus autem peccati si competat ad ipsam virtutem potest esse habitus quidam non potest ipsam corrumpere si sit minus tantum. Sicut enim non generatur unus habitus per actum. ita nec per unum actum corrumpitur. ut supradictum est. Sed si competat actus peccati ad causam virtutum. sic possibile est quod per unum actum peccati aliquae virtutes corrumpantur. quolibet enim peccatum mortale contrariatur caritati quae est radix omnium infusarum virtutum in quantum sunt virtutes. & ideo per unum actum peccati mortale exclusa caritate excluduntur per consequens omnes virtutes infuse. quantum ad hoc quod sunt virtutes. Et hoc dico propter fidem & spem quae habitus remanent in formis post peccatum mortale. & sic non sunt virtutes. Sed peccatum veniale quod non contrariatur caritati non excludit ipsam per consequens etiam nec alias virtutes. virtutes vero acquisite non tolluntur per unum actum cuiuscumque peccati. Sic ergo peccatum mortale non potest simul esse cum virtutibus infusis. potest tamen simul esse cum virtutibus acquisitis. peccatum vero veniale potest simul esse & cum virtutibus infusis & cum virtutibus acquisitis.

**A**d quintum scilicet utrum in quolibet peccato sit aliquis actus. dicendum quod ista questio principaliter movetur propter peccatum omissionis de quo aliqui diversimode opinantur. Quidam enim dicunt quod in omni peccato omissionis est aliquis actus vel interior vel exterior. Interior quidem sicut cum aliquis vult non ire ad ecclesiam quoniam ire tenetur. Exterior autem sicut cum aliquis illa hora quae ad ecclesiam ire tenetur. vel etiam ante occupat se talibus quibus ab eundo ad ecclesiam impeditur. & hoc quodammodo videtur in primis redire. Qui enim vult aliquid cum quo aliud simul esse non potest. ex consequenti vult illo carere. nisi forte non prestat quod per hoc quod vult facere impeditur ab eo quod facere tenetur. in quo casu posset per negligentiam culpabilis iudicari. Alii vero dicunt quod in peccato omissionis non requiritur aliquis actus. ipsum enim non facere quod quis facere tenetur peccatum est. Vera quae autem opinio secundum aliquam veritatem habet. Si enim tollatur in peccato omissionis id solum quod per se pertinet ad rationem peccati. sic quoniam peccatum omissionis est cum actu interiori. Ut cum aliquis vult non ire ad ecclesiam. quoniam vero sine omni actu vel interiori vel exteriori. sicut cum aliquis hora qua tenetur ad ecclesiam ire nihil cogitat de eundo. vel non eundo ad ecclesiam. Si vero in peccato omissionis intelligantur etiam cause vel occasiones omittendi. sic necesse est in peccato omissionis aliquem actum esse. non enim est peccatum omissionis nisi cum aliquis pretermittit quod potest facere. Quod autem aliquis declinet ad non faciendum illud quod potest facere & non facere. non est nisi ex aliqua causa vel occasione coniuncta vel precedente. et si quidem causa illa non sit in potestate hominis. ommissio non habet rationem peccati. sicut cum aliquis propter firmitatem pretermittit ad ecclesiam ire. Si vero causa vel occasio omittendi subiaceat voluntati.

omissio habet rationem peccati. & tunc semper oportet quod ista causa in quantum est uoluntaria habeat aliquem actum ad minus interiorum uoluntatis. quod quidem actus quicquid directe fertur in ipsam omissionem. puta cum aliquis uult non ire ad ecclesiam uitans laborem. & tunc talis actus per se pertinet ad omissionem. Voluntas enim cuiuscumque peccati per se pertinet ad peccatum illud. eo quod uoluntarium est de ratione peccati. Quicquid autem actus uoluntatis directe fertur in aliud per quod homo impeditur ab actu debito. siue illud in quo fertur uoluntas sit coniunctum omissioni. puta cum uult ludere quod debet ad ecclesiam ire. siue etiam sit precedens. puta cum aliquis uult diu uigilare de sero. ex quo sequitur quod non uadat hora matutinali ad ecclesiam. & tunc actus iste interior uel exterior per accidens se habet ad omissionem. quia ommissio sequitur preter intentionem. hoc autem dicimus per accidens. quod est preter intentionem. ut patet in ii. phisicorum. Unde manifestum est quod tunc peccatum omissionis habet quidem aliquem actum coniunctum uel precedentem. quod tamen se habet per accidens ad peccatum omissionis. Iudicium autem de rebus dandum est secundum id quod est per se. et non secundum id quod est per accidens. Unde uerius dici potest quod aliquod peccatum potest esse absque omni actu. Alioquin autem ad essentiam aliquorum peccatorum actuum pertinerent actus & occasionem circumstantes.

**A**d sextum. scilicet de diffinitione peccati quam ponit augustinus. xxii. contra faustum. Peccatum est dictum. uel factum. uel concupitum contra legem diuinam. dicendum quod sicut ex dictis patet. peccatum nihil aliud est quam actus humanus malus. Quod autem aliquis actus sit humanus. habet ex hoc quod est uoluntarius. siue sit uoluntarius quasi a uoluntate elicitus. ut ipsum uelle & eligere. siue quasi a uoluntate impatus. ut exteriores actus. uel operationis uel locutionis. Habet autem humanus actus quod sit malus ex eo quod caret debita commensuratione. omnis autem commensurationis cuiuscumque rei attenditur per comparisonem ad aliquam regulam. a qua si diuertat. incommensurata erit. Regula autem humane uoluntatis est duplex. Una propinqua & homogenea scilicet ipsa humana ratio. Alia uero est prima regula scilicet lex eterna. quod est ratio dei. Et ideo in diffinitione peccati augustinus posuit duo. Unum quod pertinet ad substantiam actus humani. quod est quasi materiale in peccato. cum dixit. dictum uel factum uel concupitum. Aliud quod pertinet ad rationem mali. quod est quasi formale in peccato. cum dixit. contra legem eternam.

**D**einde considerandum est de distinctione peccatorum adinuicem. Et circa hoc queruntur. ix. Primo utrum peccata distinguantur secundum obiecta. Secundo de distinctione peccatorum spiritualium a carnalibus. Tertio utrum distinguantur secundum causas. Quarto utrum secundum eos in quos peccatur. Quinto utrum secundum diuersitatem reatus. Sexto utrum secundum omissionem & commissiorem. Septimo utrum secundum diuersum peccatum

sum peccati. Octauo utrum secundum abundantiam & defectum. Nono utrum secundum diuersas circumstantias

**A**d primum scilicet utrum peccata differant specie secundum obiecta. dicendum quod sic dictum est. ad rationem peccati duo concurrunt scilicet actus uoluntarius. & inordinatio eius. quod est per recessum a lege dei. horum autem duorum unum per se comparatur ad peccantem qui intendit talem actum uoluntarium exercere in tali materia. Aliud autem scilicet inordinatio actus per accidens se habet ad intentionem peccantis. nullus enim intendens ad malum operatur. ut dicit dionysius. iiii. ca. de di. no. Manifestum est autem quod unumquodque consequitur speciem secundum id quod est per se. non autem secundum id quod est per accidens. quia ea que sunt per accidens. sunt extra rationem speciei. & ideo peccata specie distinguuntur. ex parte actuum uoluntariorum. magis quam ex parte inordinationis in peccato existentis. Actus autem uoluntarii distinguuntur specie secundum obiecta. Unde sequitur quod peccata proprie distinguuntur specie secundum obiecta.

**A**d secundum. scilicet utrum conuenienter distinguantur peccata spiritualia a carnalibus. dicendum quod sic dictum est peccata recipiunt speciem ex obiectis. omne autem peccatum consistit in appetitu alicuius commutabilis boni quod inordinate appetitur. & per consequens in eo iam habito inordinate aliquis delectatur. Est autem duplex delectatio. Una quidem animalis que consummat in sola apprehensione alicuius rei ad uotum habere. & hec etiam potest dici delectatio spiritualis. Sic cum aliquis delectatur in laude humana. uel in aliquibus huiusmodi. Alia uero delectatio est corporalis siue naturalis. que in ipso tactu corporali perficitur. que potest etiam dici delectatio carnalis. Sic igitur illa peccata que perficiuntur in delectatione spirituali. uocantur peccata spiritualia. Illa uero que perficiuntur in delectatione carnali. uocantur peccata corporalia seu carnalia. Sicut gula que perficitur in delectatione ciborum. & luxuria que perficitur in delectatione uenererum. Unde et apostolus dicit. ii. cor. vii. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus. Sed nota quod cum omnia genera peccatorum dicantur opera carnis. et caro sumitur ibi pro homine. quod dum secundum se uiuit secundum carnem uiuere dicitur. Ut etiam augustinus dicit. xiiii. de ci. dei. & huius ratio est ex hoc quod omnis rationis humane defectus ex sensu carnali aliquo modo initium habet.

**A**d tertium scilicet utrum peccata distinguantur secundum causas. dicendum quod cum sint quatuor causarum genera. diuersimode a diuersis attribuantur. causa formalis & materialis respiciunt proprie substantiam rei. & ideo substantie secundum formam & materiam specie & genere distinguuntur. agens autem & finis respiciunt directe motum & operationem. & ideo motus & operationes secundum huiusmodi causas distinguuntur. diuersimode tamen. nam principia actiua naturalia sunt determinata semper ad eosdem actus. et ideo diuersae species in actibus naturalibus attenduntur. non solum secundum obiecta que sunt fines uel

termini. sed etiā fm principia actiua sicut ca-  
lescere & infrigidare distinguuntur specie se-  
cundum calidum & frigidum. Sed principia  
actiua i actibus uoluntariis cuiusmodi sunt  
actus peccatoꝝ non se habēt ex necessitate ad  
unum. & ideo ex uno principio uel actiua uel  
motiua possunt diuerse species peccatoꝝ pce-  
dere. Sicut ex timore male humiliante potest  
procedere q homo furetur. & q occidat. & q  
deferat gregem sibi commissum. & hec eadez  
possunt procedere ex amore. Vnde manifestu  
est q peccata non differunt specie fm diuersas  
causas actiuas uel motiuas. s; solū fm diuersi-  
tatem cause finalis. finis aut est obiectum uo-  
luntatis. Actus enī hūani habēt specie ex fine.

**A**d quartū scz utrū peccata distinguantur  
secundū eos i quos peccatur. dicendū q si  
tur supradictum est. peccatū est actus inordi-  
natus. Triplex aut ordo i homine debet esse.  
Vnus quidē fm compationez ad regulam ra-  
tionis. pro ut scz omnes actiones & passionis  
nostre debent fm regulam rationis mensura-  
ri. Alius autē ordo est per compationem ad re-  
gulam legis diuine. per quā homo in omnibus  
dirigi debet. & si quidē naturaliter homo esset  
animal solitarium. hic duplex ordo sufficeret.  
Sed quia homo est naturaliter animal politi-  
cum et sociale. ut probat i pmo politicoꝝ. ideo  
necesse est q sit tertius quo ordinetur ad ali-  
os homines quibus conuiuere debet. Hōz au-  
tē ordinū primus cōmet fm. et excedit ipm.  
quecūq; enī continent sub ordine rōnis. cōti-  
nent sub ordine ipsius dei. s; quedā continen-  
tur sub ordine ipsius dei q excedunt rationez  
humanam. sic ea q sunt fidei & q debent soli  
deo. Vnde qui in talibus peccat. dicit in deuz  
peccare sicut hereticus. & sacrilegus. & blas-  
phemus. Similiē & secundus ordo includit ter-  
tiū. & excedit ipm. qz in omnibus in quibus or-  
dinamur ad proximū. oportet nos dirigi fm  
regulam rationis. Sed i quibusdā dirigimur  
fm rationem qntū ad nos tm. non aut qntū  
ad proximū. et quādo in hiis peccat. dicit ho-  
mo peccare in seipm. sicut patet de luxurioso.  
gulosos. & prodigos. quādo uero peccat homo i  
hiis quibus ad proximū ordinat. dicit peccatē  
in proximū sic patet de fure & homicida. Sūt  
autē diuersa quibus ordinat homo ad deū. &  
ad proximū & ad seipm. Vnde hec distinctio  
peccatoꝝ est fm obiecta. fm q diuersificatur  
species peccatoꝝ. Vn ista peccatoꝝ distinctio  
proprie est fm diuersas peccatoꝝ species. Nam  
& uirtutes quibus peccata opponūt fm hanc  
differentiā specie distinguunt. Manifestū est  
enī q uirtutibus theologis homo ordiatur  
ad deū. temperantia uero & fortitudine ad se  
ipm. iustitia aut ad proximū.

**A**d quintū scz utrū peccata distinguantur  
fm reatū. dicendū q eoz q specie differēt  
duplex differentia inueniūt. Vna quidē q con-  
stituit diuersitatem speciez. & talis differentia  
nūq; inuenitur nisi i speciebus diuersis. sicut

rationale. & irrationale. animatum & inanimatum  
Alia differentia ē cōsequens diuersitatez spe-  
ciei. & talis differentia. & si i aliquibus conse-  
quat diuersitatez speciei. i aliis tñ potest inuei-  
ri i alia specie. Sicut albū & nigrū consecunē  
diuersitatem specie corui. & cigni. & tñ inue-  
niē huiusmodi differentia i eadem hominis spē  
Dicendū ē ergo q differentia uenialis et moz-  
talis peccati. uel quecūq; alia differentia q sū-  
miē penes reatū. non potest esse differentia cō-  
stituens diuersitatez speciei. nūq; enī id quod  
est per accidens constituit speciem. id autē qd  
est pre intentionē agentis. est per accidēs. ut  
patet i. ii. phi. Manifestum autē est q pena est  
pre intentionem peccantis. Vnde p accidens  
se habet ad peccatū ex pte ipius peccantis. or-  
dinatur tñ ad peccatū ab exteriori scz ex iusti-  
tia iudicantis. q fm diuersas condiciones pec-  
catoꝝ diuersas penas infligit. Vn differentia  
q est ex reatu pene potest consequi diuersam  
speciem peccatoꝝ. non aut constituit diuersi-  
tatez speciei. differentia aut peccati mortalis &  
uenialis consequit diuersitatez inordinationis  
q complet rationē peccati. Duplex enī est ordi-  
natio. Vna p subtractionē picipii ordinis.  
Alia qua saluato principio ordinis fit inordi-  
natio circa ea q sunt pre principii. Sicut i cor-  
poze animalis qnq; qdē inordinatio complexi-  
onis procedit usq; ad destructionē uitalis p-  
cipii. et hoc ē mors. Qnq; uero saluo pncipio  
uirtute fit deordinatio qdā in humoribus. & tūc  
est egritudo. Principiū aut totius ordinis in  
moralibus ē finis ultimus. q ita se habet i opa-  
tiuis. sic principii in demonstrabile i speculati-  
uis. ut dicit i. vii. eth. Vnde qn aia deordina-  
tur p peccatū usq; ad auersionē ab ultimo fi-  
ne. scz a deo cui unimur p caritatē. tūc est pec-  
catū mortale. Sicut enī i corporalibus deordina-  
tio mortis q est p remotionem principii uite ē  
irreparabilis fm naturā. inordinatio aut egritu-  
dinis reparari potest. propter id q saluat pnci-  
pium uite. Similiē ē in hiis q pertinent ad ani-  
mam. Nam i speculatiuis q errat circa princi-  
pia. impuassibilis est. q aut errat saluatis prin-  
cipiis p ipa principia reuocari potest. & similē  
in opatiuis q peccando auertit ab ultimo fine  
qntum est ex natura peccati lapsum habet ir-  
reparabilem. & ideo dicit peccare mortaliē eter-  
naliter puniendus. Qui uero peccat citra auisio-  
nem a deo. ex ipa ratione peccati reparabilē de-  
ordinatur. qz saluatur principium. & ideo di-  
citur peccare uenialiter. qz scz nō ita peccat ut  
mereatur intermiabilem penam.

**A**d sextū scz utrū peccata distinguantur se-  
cundū omissionem & cōmissione. dicen-  
dum q in peccatis inuenitur duplex differen-  
tia. Vna materialis. & alia formalis. Materia-  
lis quidē attendit fm naturā speciez actiuz  
peccati. Formalis aut fm ordinem ad unum  
finem propriū. quod etiā est ppiū obiectum  
Vnde inueniunt aliqui actus materialitē spe-  
cie differentes. q tñ formaliter sunt in eadem

specie peccati. quia ad idem ordinantur. sicut ad eandem specie homicidii pertinet iugulatio. lapidatio. & profectio. quibus actus sunt specie differentes secundum speciem nature. Sic ergo si loquimur de specie peccati omissionis et commissionis materialiter. differunt specie. large tamen loquendo de specie secundum quod negatio uel priuatio speciem habere potest. Si autem loquamur de specie peccati omissionis & commissionis formaliter. sic non dicitur specie. quia ad idem ordinantur. & ex eodem motu procedunt. Auarus enim ad congregandum pecuniam & rapit. & non dat ea que dare debet. Et similiter gulosus ad satisfaciendum gule & superflua comedit. et ieiunia debita pretermittit. & idem etiam est uidere in ceteris. semper enim in rebus negatio fundatur super aliqua affirmatioe que est quodammodo causa eius. Unde etiam in rebus naturalibus eiusdem rationis est quod ignis calefaciat. & quod non infrigidet. Et nota quod in lege diuina necesse fuit proponi diuersa precepta affirmatiua et negatiua. ut gradatim homines introducerentur ad uirtute. prius quidem abstinendo a malo. ad quod inducimur per precepta negatiua. & postmodum faciendo bonum ad quod inducimur per precepta affirmatiua. et sic precepta negatiua & affirmatiua non pertinent ad diuersas uirtutes. sed ad diuersos gradus uirtutis. & per consequens non oportet quod contrariantur diuersis peccatis secundum speciem. Peccatum etiam non habet speciem ex parte auersionis. quia secundum hoc est negatio uel priuatio. sed ex parte conuersionis secundum quod est actus quidam. Unde secundum diuersa precepta legis non diuersificantur peccata secundum speciem.

**A**d septimum scilicet utrum conuenienter diuidatur peccatum in peccatum cordis. oris. & operis. dicendum quod aliqua inueniuntur differre specie dupliciter. Uno modo ex eo quod uterque habet speciem completam. sicut equus & bos dicitur specie. Alio modo sic secundum diuersos gradus in aliqua generatione uel motu accipiuntur diuersae species. sic edificatio est completa generis domus. collocatio aut fundamenti & erectio parietis sunt species in complete. ut patet per philosophum in x. ethi. et illud etiam potest dici in generationibus animalium. Sic ergo peccatum diuiditur per haec tria scilicet peccatum oris. cordis & operis. non sicut per diuersas species completas. nam consuetudo peccati est in opere. Unde peccatum operis habet speciem completam. sed eius prima inchoatio est quasi fundatio in corde. Secundus autem gradus eius est in ore. secundum quod homo promptus est ad manifestandum conceptum cordis. Tertius autem gradus iam est in consumatione operis & sic haec tria dicitur secundum diuersos gradus peccati. patet tamen quod haec tria pertinent ad unam perfectam peccati speciem cum ab eodem motu procedant. Iracundus enim ex hoc quod appetit uindictam. Primo quidem perturbatur in corde. Secundo in uerba contumeliosa prorumpit. Tertio uero procedit usque ad facta iniuriosa. Et idem patet in luxuria & in quolibet alio peccato. Peccata ergo oris & operis non distinguuntur a peccato cordis quia simul coniungantur cum eo. quia non potest esse peccatum in ore.

uel opere. nisi prius fuerit in corde. sed prout quodlibet horum per se inuenitur. Sicut pars motus non distinguitur a toto motu quia motus est communis. sed solum quia motus sistit in medio. Distinguntur ergo ista tria quia possunt ab inuicem separari. Unde Iero. super ezechielem. Tria sunt generalia delicta quibus humanum genus subiacet. aut cogitatione. aut sermone. aut opere peccamus. Omne peccatum cordis conuenit in ratione occulti. & secundum hoc ponitur unus gradus. qui tamen per tres gradus distinguitur. sic patet per Augustinum. de trinitate. Quorum primus est cum carnalis sensus illecebram quamdam ingerit. quod est peccatum cogitationis. Secundus gradus est. quia sola cogitationis delectatione est contentus. Tertius gradus est. quia faciendum decernit per consensum. Peccata uero oris & operis conueniunt in manifestatione. & propter hoc sub uno computantur a Gregorio. in moralibus. Vbi ponit. iiii. gradus peccati. Quorum primus est culpa latens in corde. Secundus cum exterius publicatur. Tertius est cum consuetudine roboretur. Quartus est cum usque ad presumptionem diuine misericordie uel ad desperationem homo procedit. Hic non distinguitur peccatum operis a peccato oris. quia conueniunt in manifestatione. ut dictum est. Iero. autem distinguit ea. quia in peccato oris est manifestatio tamen & principaliter intenta. In peccato uero operis est principaliter expletio interioris conceptus cordis. sed manifestatio est ex consequenti. Consuetudo uero & despectio sunt gradus consequentes post perfectam speciem peccati. sicut adolescentia & iuuentus post perfectam hominis generationem. Progressus autem peccati quomodo serpit. & serpens procedit. optime declaratur in primo peccato primorum parentum. Genes. iii. Dixit serpens ad mulierem. Cur precepit uobis deus ut non comederetis de omni ligno paradysi. Cui respondit mulier. De fructu lignorum quae sunt in paradiso uescimur. de fructu uero ligni quod est in medio paradysi precepit nobis ne comederemus. & ne tangeremus illud ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem. Nequaquam morietur. Scit enim deus quod quocumque die comederitis aperientur oculi uestri. & eritis sicut dii scientes bonum & malum. Attende quod deus dixerat assertiue & comminatorie. quocumque die comederitis. &c. mulier addidit uerbum hesitationis scilicet forte. serpens constanter negauit. dicens Nequaquam morietur. Ecce dyabolus posuit in questionem. Et mulier respondit cum hesitatione. & ex hoc dedit dyabolo uiam et audaciam negandi quod deus dixerat cum assertione. nisi enim mulier hesitasset dyabolus uerbum domini negare minime presumpsisset. nisi etiam mulier dyabolo plusquam deo credidisset. nequaquam cibum ueritatem tetigisset. Sequitur Vidit ergo mulier quod lignum esset bonum ad uescendum. hoc cognouit ex odoratu. Et pulchrum oculis. ecce aspectus. Tulit de fructu. ecce tactus. Et comedit. ecce gustus. et sic completum est in eua peccatum inobedientie. ad quod tamen multe deordinate circumstantie concurrerunt. Dedit quia uiro suo. ecce iniqua suggestio. Qui comedit. ecce ade paricatio. et sic peccatum consummatum.

est in utroque. Iste processus qui fuit in peccato prior motu parenti materiali. solet esse in peccato unius hominis spiritualiter. Nam aspectus est in cognitione. Odozatus in delectatione. Tactus in consensu. Gustus in perpetracione. Aduerte quod mortiferus est iste fructus qui non solum ex gustu infert mortem. sicut aialia uenenosa. ueruetiam ex uisu. odoratu. tactu. & gustu.

**H**oc autem scilicet utrum peccata distinguantur secundum superabundantiam et defectum. dicendum quod cum in peccato sine duobus scilicet ipse actus & inordinatio eius. prout recedit ab ordine rationis & legis diuine. species peccati non attendit ex parte inordinati omnis quod est preter intentionem peccatis. sed magis ex parte ipsius actus secundum quod terminatur ad obiectum. in quo fertur intentio peccantis & ideo ubicumque occurrit diuersum motuum inclinans intentionem ad peccatum. ibi est diuersa species peccati. Manifestum est autem quod non est idem motuum ad peccandum in peccatis quod sunt secundum superabundantiam. & in peccatis quod sunt secundum defectum. quoniam sunt contraria motiua. sicut motuum in peccato temperantie est amor delectationum corporaliu. motuum autem in peccato insensibilitatis est odium earum. Unde homines peccata non solum differunt specie. sed etiam sunt inuicem contraria.

**H**oc non solum utrum peccata distinguantur secundum diuersas circustantias. dicendum quod sicut dictum est. ubi occurrit aliud motuum ad peccandum. ibi est alia peccati species. quia motuum ad peccandum est finis & obiectum. Contingit autem quod in corruptionibus diuersarum circustantiaru est idem motuum. sicut illiberalis ab eodem mouetur quod accipiat quod non debet. & ubi non debet & plus debet. et similitudine de aliis circustantiis hoc enim facit proprie inordinatum appetitum pecunie congregare. & in talibus diuersarum circustantiarum corruptiones non diuersificant peccatorum species. sed pertinet ad unam & eandem peccati speciem. quod uero contingit quod corruptiones diuersarum circustantiarum proueniunt a diuersis motuius. puta quod aliquis propere comedat. potest perire ex hoc quod homo non potest ferre dilationem. ubi proprie facile consumptionem humiditatis. Quod uero appetat immoderatum cibum potest contingere propter uirtutem nature potentem ad conuertendum multum cibum. quod autem appetat aliquis cibos deliriosos contingit propter aliquem appetitum delectationis qui est in cibo. Unde in talibus diuersarum circustantiarum corruptiones inducunt diuersas peccati species.

**DISTINCTIO III.**

**D**einde considerandum est de comparatione peccatorum adiuicem. Et circa hoc querunt decem. Primo utrum omnia peccata & uitia sint conexa. Secundo utrum omnia peccata sint paria. Tertio utrum grauitas peccatorum attendat secundum obiecta. Quarto utrum secundum dignitatem uirtutum quibus peccata opponuntur. Quinto utrum peccata corporalia sint grauiora quam spiritualia. Sexto utrum secundum causas peccatorum attendatur grauitas peccatorum. Septimo utrum secundum diuersas circustantias. Octauo utrum secundum quantitatem nocenti. Nono utrum secundum conditionem persone

in qua peccat. Decimo utrum propter magnitudinem persone peccantis aggrauetur peccatum.

**A**d primum scilicet utrum omnia peccata sint conexa. dicendum quod aliter se habet intentio agentis secundum uirtutem ad sequendum rationem. & aliter intentio peccantis ad diuertendum a ratione. Cuiuslibet enim agentis secundum uirtutem intentio est ut rationis regulam sequatur. & ideo omnium uirtutum intentio in idem tendit. & propter hoc omnes uirtutes habent connexionem adiuicem ratione recta agibiliu quod est prudentia. Sed intentio peccantis non est ad hoc quod recedat ab eo quod est secundum rationem. sed potius intendat in aliquo bono appetibile quo specie sortitur. homini autem bona in quod tendit intentio peccantis a ratione recedens sunt diuersa nullam connexionem habentia adiuicem. immo etiam interdum sunt contraria. Cum igitur uitia & peccata specie habeant secundum id ad quod conuertuntur. manifestum est quod secundum id quod perficitur species peccatorum nullam connexionem habent peccata adiuicem. non enim comititur in accedendo a multitudinem ad unitatem. sicut accidit in uirtutibus quod sunt connexe. sed potius in recedendo ab unitate ad multitudinem. Unde beatus Iacobus quoniam dicit. Iac. ii. Qui in uno offendit. factus est omnium reus. loquitur de peccato non ex parte conuersionis secundum quod peccata distinguuntur. sicut dictum est. sed loquitur de eis ex parte auersionis. in quantum scilicet homo peccando recedit a legis mandato. Omnia autem legis mandata sunt ab uno & eodem ut ipse dicit ibidem. & ideo idem deus committit in omni peccato. & ex hac parte dixit quod qui offendit in uno. factus est omnium reus. quod si uno peccato peccando incurrit homo pene reatus ex hoc quod contemnit deum. ex cuius contemptu peruenit omnium peccatorum reatus. Et nota quod non per quolibet actum peccati tollitur uirtus opposita. nam peccatum ueniale uirtutem non tollit. peccatum autem mortale tollit uirtutem infusam in quantum auertit a deo. Sed unus actus peccati etiam mortalis non tollit habitum uirtutis acquisite. Sed si multiplicentur actus in tantum quod generentur habitus contrariis. excludit habitum uirtutis acquisite. quod exclusa excludit. quod dum homo agit contra quemcumque uirtutem. agit contra prudentiam. Sine prudentia autem nulla uirtus moralis esse potest. & ideo per consequens excluduntur omnes uirtutes morales quantum ad perfectum & formale esse uirtutis quod habent secundum quod precipiant prudentiam. remanent tamen inclinationes ad actus uirtutum non habentes rationem uirtutis. sed non sequitur quod propter hoc homo incurrat omnia uitia uel peccata. Primo quod idem quod uni uirtuti plura uitia opponuntur. ita quod uirtus non potest priuari per unum eorum. & si alterum non assit. Secundo quod peccatum directe non opponitur uirtuti quantum ad inclinationem uirtutis ad actum. Unde remanentibus aliquibus inclinationibus uirtuosus non potest dici quod homo habeat uitia uel peccata opposita. Item quia amor dei est congregatiuus in quantum affectum hominis a multis ducit in unum. ideo uirtutes que ex amore dei causantur connexionem habent. sed amor sui disgregat affectum hominis in diuersa. prout

scilicet homo se amat appetendo sibi bona temporalia quae sunt uaria & diuersa. & ideo uitia & peccata quae causantur ex amore sui non sunt conexa.

**A**d secundum scilicet utrum omnia peccata sint paria. dicendum quod opinio stoicorum fuit quae tullius persequitur in paradoxis. quod omnia peccata sunt paria. & ex hoc etiam deriuatus est quorundam hereticorum error. qui ponentes omnia peccata esse paria. dicunt etiam omnes penas inferni esse pares. et quoniam tunc ex uerbis tullii perspicitur potest stoici mouebantur ex hoc quod considerabant peccatum ex parte priuationis tantum. puta scilicet est recessus a ratione. Unde simplicitate estimantes quod nulla priuatio suscipiet magis & minus. posuerunt omnia peccata esse paria. Sed si quis diligenter consideret inueniet duplex priuationis genus. Est enim quaedam simplex & pura priuatio. quae consistit. quod in corruptum esse. sicut motus est priuatio uitae. & tenebre priuationis luminis. & tales priuationes non recipiunt magis & minus. quia nihil residuum est de habitu opposito. Unde non minus est mortuus aliquis pro die mortis & tertio uel quarto. quam post annum quando cadauer iam fuerit resolutum. & similitudine non magis est tenebrosa domus si lucerna sit operata pluribus uelaminibus. quam si sit operata uno solo uelamine. totum lumen intercludere. Est autem alia priuatio non simplex. sed aliquid retinens de habitu opposito. quod quidem priuatio magis consistit in corruptum. quam in corruptum esse. sicut egritudo quae priuat debitam commensurationem humorum. ita tamen quod aliquid eius remanet. alioquin non remaneret animal uiuum. Simile est de turpitudine. & aliis humilioribus. Humilioribus autem priuationes recipiunt magis et minus ex parte eius quod remanet de habitu contrario. Multum enim refert ad egritudinem uel turpitudinem utrum plus uel minus a debita commensuratione humorum uel membrorum recedat. Similitudine etiam dicendum est de uitiis & peccatis. Sic enim priuatur in eis debita commensurationis rationis. ut non totaliter rationis ordo tollatur. Alioquin malum si sit intergrum. seipsum destruit. ut dicitur in iiii. eth. Non enim posset remanere substantia actus uel affectio agentis. nisi aliquid remaneret de ordine rationis. Et ideo multum interest ad grauitatem peccati uerum plus uel minus recedat a rectitudine rationis. Et hinc hoc dicendum est quod non omnia peccata sunt paria.

**A**d tertium scilicet utrum grauitas peccatorum attendatur secundum obiecta. dicendum quod sicut ex supra dictis patet. grauitas peccatorum non differt eo modo quo una egritudo est alia grauior. Sic enim bonum sanitatis consistit in quadam commensuratione humorum per convenientiam ad naturam animalem. ita bonum uirtutis consistit in quadam commensuratione humani actus secundum convenientiam ad regulam rationis. Manifestum est autem quod tanto est grauior egritudo. quanto magis tollitur humorum debita commensuratione per commensurationem prioris principii. sicut egritudo que prouenit in corpore humano ex corde quod est principium uitae uel ex aliquo quod appropinquat cordi periculosior est. Unde oportet quod etiam peccatum sit tanto grauius quanto maius de ordinatio contingit circa aliquod principium. quod est

prius in ordine rationis. ratio autem ordinat omnia in agibilibus ex fine. & ideo quanto peccatum contingit in actibus humanis ex altiori fine. tanto peccatum est grauius. obiecta autem actuum sunt fines eorum. & ideo secundum diuersitatem obiectorum. attenditur diuersitas grauitatis in peccatis. sicut patet quod res exteriores ordinantur ad hominem tamquam ad finem. homo autem ulterius ordinatur in deum sicut in finem. Unde peccatum quod est contra ipsam substantiam hominis sicut homicidium. est grauius peccato quod est contra res exteriores sicut furtum. & adhuc est grauius peccatum quod immediate contra deum committitur. sicut infidelitas. blasphemia. & homini. et in ordine quorumlibet horum peccatorum. unum peccatum est grauius altero secundum quod est circa aliquid principalius uel minus principale. et quia peccata habent species ex obiectis. diuersa grauitatis quae attenditur penes obiecta. est prima & principalis. quae consequens spiritum

**A**d quartum scilicet utrum attendatur grauitas peccatorum secundum diuersitatem uirtutum quibus peccata opponuntur. dicendum quod uirtuti opponitur peccatum dupliciter. Uno quidem modo principaliter et directe quod scilicet est contra idem obiectum. nam contraria circa idem sunt. & hoc modo oportet quod maiori uirtuti opponatur grauius peccatum. Sicut enim ex parte obiecti attenditur maior grauitas peccati. ita etiam & maior dignitas uirtutis. Verumque enim ex obiecto spiritum sortitur. ut ex supra dictis patet. Unde oportet quod maxime uirtuti directe opponatur maximus peccatum. quasi maxime ab eo distans in eodem genere. Alio modo considerari potest oppositio uirtutis cohibentis peccatum. quanto enim fuerit uirtus maior. tantomagis elongat hominem a peccato sibi contrario. non solum ipsum peccatum. sed etiam inducentia ad peccatum cohibet. & sic manifestum est quod quanto aliquid uirtus fuerit maior. tanto etiam minor peccatum cohibet. sicut etiam sanitas quando fuerit maior. tanto minores distempantias excludit. & per hunc modum maiori uirtuti minus peccatum opponitur ex parte effectus.

**A**d quintum scilicet utrum peccata carnalia sint minoris culpe quam spiritualia. dicendum quod peccata spiritualia sunt maioris culpe quam peccata carnalia. quod non est sic intelligendum quod quolibet spirituale peccatum sit maioris culpe quolibet peccato carnali. sed quod considerata hac sola diuersa spiritualitatis & carnalitatis. grauiora sunt spiritualia peccata. ceteris paribus. Cuius ratio triplex assignari potest. Prima quidem ex parte subiecti. nam peccata spiritualia peccantur ad spiritum. cuius est conuerti ad deum. & ab eo auerti. Peccata uero carnalia consummantur in delectatione carnalis appetitus. ad quem principaliter pertinet ad bonum corporale conuerti. Et ideo peccatum carnale in quantum homo habet plus de conuersione. propter quod etiam est maioris adhesionis. Sed peccatum spirituale habet plus de auersione ex quo procedit ratio culpe. & ideo peccatum culpe in quantum homo est maioris culpe. Secunda ratio sumi potest ex parte eius in quem peccatur. Nam peccatum carnale in quantum homini inuisum est in corpus proprium quod est minus diligendum secundum ordinem caritatis quam deus & proximus. in quos peccatur per peccata spiritualia. & ideo peccata

spiritualia inquantum huiusmodi sunt maioris culpe. Tertia idem potest sumi ex parte motiui quia quanto est grauius impulsiuū ad peccandū. tanto homo minus peccat. ut infra dicitur. Peccata autē carnalia habent uehementius impulsiuū. id est ipsam concupiscentiā carnalem nobis in natura. & ideo peccata spūalia inquantum huiusmodi sunt maioris culpe.

**S**extū scilicet utrum grauitas peccatorum attendatur secundum causas peccatorum. dicendum quod in genere peccati. sic & in quolibet alio genere potest accipi duplex causa. Una quod est propria & per se causa peccati. quod est ipsa uoluntas peccandi. comparatur enim ad actum peccati. sic arbor ad fructum. sic dicitur in glossa super illud Mathe. vii. Non potest arbor bona fructus malos facere. & huiusmodi causa quanto fuerit maior. tanto peccatum erit grauius. quanto enim fuerit uoluntas maior ad peccandū. tanto homo grauius peccat. Alie uero cause peccati accipiuntur quasi extrinsece & remote. ex quibus scilicet homo inclinatur ad peccandū. in hiis causis est distinguendum. Quedam enim hanc inducunt uoluntatem ad peccandū secundum ipsam naturam uoluntatis. & tali causa augetur peccatum. Alie uero cause sunt que inclinant uoluntatem ad peccandū preter naturam & ordinem ipsius uoluntatis. quod natura est moueri libere ex se ipsa. secundum iudicium rationis. sic ignorantia. uel quod diminuunt liberum motum uoluntatis. sic infirmitas uel uolentia. aut metus aut aliquid huiusmodi. diminuunt peccatum si cur & diminuunt uoluntarium. in tantum quod si actus sit omnino uoluntarius. non habet rationem peccati.

**S**eptimū scilicet utrum attendatur grauitas peccatorum secundum circūstantias. dicendum quod unum quod ex eo natum est augeri. ex quo causa. sic dicit philosophus. de habitu uirtutis in ii. eth. Manifestū est autem quod peccatum causa ex defectu alicuius circūstantie. ex hoc enim recedit ab ordine rationis. quod aliquis in operando non obseruat debitas circūstantias. Vnde manifestū est quod peccatum natum est aggrauari per circūstantiam. sed hoc quidem contingit tripliciter. Vno quidem modo inquantum circūstantia transfertur in aliud genus peccati. sic peccatum fornicationis consistit in hoc quod homo accedit ad non suam. Si autem addatur circūstantia ut illa ad quam accedit sit alterius uxoris. transferretur iam in aliud genus peccati scilicet in iniusticiam inquantum homo usurpat rem alterius. et secundum hoc adulterium est grauius peccatum quam fornicatio. Aliquod uero circūstantia non aggrauat peccatum quasi trahens in aliud genus peccati. sed solum quia multiplicat rationes peccati. sic si prodigus det quod non debet. et cui non debet. multiplicius peccat eodem genere peccati quam si solum det cui non debet. & ex hoc ipso peccatum fit grauius sic etiam egritudo est grauior quam plures partes corporis inficit. Vnde & tullius dicit in paradoxis. quod in prius uita uiolanda multa peccant. uoluntate is qui procreauit. quod aluit. quod erudiuit. quod in se de ac domo atque in rempublicam collocauit. Tertio modo circūstantia aggrauat peccatum ex eo quod auget deformitatem. puenientem ex alia circūstantia. sic accipere alienum constituit peccatum furti. si autem

addatur circūstantia ut multum accipiat de alio. non erit peccatum grauius. quamuis accipere multum uel parum de se non dicat rationem boni aut mali.

**O**ctauū scilicet utrum grauitas peccati augeatur secundum maius nocumentum. dicendum quod nocumentum tripliciter se potest habere ad peccatum. Quod enim uocamentum quod puenit ex peccato. est punitum et intentum. sic cum aliquis operatur alio nocendi alteri. ut homicida uel fur. & tunc directa quantitas nocimenti adauget quantitatē peccati. quia tunc nocumentum est per se obiectum peccati. Quod uero nocumentum est preuisum sed non intentum. sic cum aliquis transiens per agrum ut compendiosius uadat ad fornicandū. infert nocumentum hiis qui sunt seminata in agro scienter. licet non alio nocendi. & sic etiam quantitas nocimenti aggrauat peccatum sed indirecte. inquantum scilicet ex uoluntate multum inclinata ad peccandū. pcedit quod aliquis non permittat damnus facere sibi uel alii quod simpliciter non uellet. Quod autem nocumentum. nec est intentum nec preuisum. & tunc si per accidens se habeat ad peccatum. non aggrauat peccatum directe. sed propter negligentiam considerandi nocumenta que consequi possent imputantur homini ad penam mala que eueniunt preter eius intentionem. si dabit operam rei illicite. Si uero nocumentum per se sequatur ex actu peccati. licet non sit intentum uel preuisum. directe peccatum aggrauat. quia quodcumque per se consequatur ad peccatum. pmet quodammodo ad ipsam peccati speciem. puta si quis publice fornicet. sequitur scandalum plurimorum. quod quamuis ipse non intendat nec forte preuideat. directe per hoc aggrauatur peccatum. Aliter tamen uidetur se habere circa nocumentum penale quod incurrit ipse qui peccat. huiusmodi enim nocumentum si per accidens se habeat ad actum peccati et non sit preuisum nec intentum. non aggrauat peccatum nec sequitur grauitatem peccati. Sicut si aliquis currens ad occidendū impingat & ledat sibi pedem. Si uero tale nocumentum per se consequatur ad actum peccati. licet forte nec sit preuisum nec intentum. tunc maius nocumentum non facit grauius peccatum. sed e conuerso grauius peccatum inducit grauius nocumentum. Sicut aliquis infidelis qui nihil audiuit de penis inferni. grauiorem penam in inferno patitur per peccatum homicidii quam per peccatum furti. quia enim hoc nec intendit nec preuidet. nec aggrauatur ex hoc peccatum. sic contingit circa fidelem qui ex hoc ipso uidetur grauius peccare quam maiores penas contemnit. ut impleat uoluntatem peccati. sed grauitas huius nocimenti. solum causatur ex grauitate peccati.

**N**onū scilicet utrum aggrauetur peccatum propter conditionem persone in qua peccatur. dicendum quod persona in qua peccatur. est quodammodo obiectum peccati. Dicitur autem supra quod prima grauitas peccati attenditur ex parte obiecti. ex quo quidem tanto maior attenditur grauitas in peccato. quanto obiectum eius est principalis. fines autem humanorum actuum sunt. deus. ipse homo. & proximus. quodcumque enim facimus. propter aliquod horum facimus. quamuis etiam horum trium unum sub altero ordinemur. Potest igitur ex parte horum trium considerari maior uel



minoz grauitas in peccato secundum conditionē persone in qua peccatur. Primo quidē ex parte dei. cui aliquis tanto coniungit. quāto deo est uirtuosior. uel deo sacrator. & ideo iniuria tali persone illata magis redundat in deum. secunduz illud **Zach. ii.** Qui tetigerit uos. tangeret pupilam oculi eius. Vnde peccatum fit grauius ex eo quod peccat in personā deo magis coniunctā uel rōne uirtutis. uel rōne officii. Ex parte uero sui ipsius manifestū est. quod tāto aliquis grauius peccat. quāto in magis coniunctā personā seu naturali necessitudine. seu beneficiis. seu quacūq; coniunctione peccauerit. quā uideat in seipsum magis peccare. & pro tanto grauius peccat. secundum illud **Ecc. xiiii.** Qui sibi nequam est. cui alii bonus erit. Ex parte uero proximi tāto grauius peccat. quanto peccatum plures tangit. & ideo peccatum quod fit in personā publicā puta regē uel principem. quod gerit personā totius multitudinis ē grauius quā quod committit cōtra unā personā priuatā. Vnde de spāliter dicit. **Exo. xxiii.** Principē populi. t. ne maledices. Et similit̄ iniuria quod fit alicui famose persone uideat esse grauior ex hoc quod in scādalū & turbationē plurimoz redundat.

**A**d decimū. scilicet utrum peccati magnitudinē persone peccantis aggrauet peccatum. dicendū quod duplex est peccatum quoddam ex surreptione pueniens propter infirmitatē humane nature. & tale peccatum minus reputat ei quod est maior in uirtute. eo quod minus negligit hominē peccatā reprimere quod tū omīno interfugere infirmitas huana non sinit. Alia uero peccata sunt ex de liberatione procedentia. & ista peccata tanto magis alicui impurant. quāto maior est. & hoc potest esse prope quatuor. Primo quidē quia facilius possunt resistere peccato maiores. puta quod excedit in scientia et uirtute. Vnde dominus dicit. **Luc. xii.** Quod seruus sciens uoluntatē dñi sui & non faciēs. plagis uapulabit multis. Secūdo propter ingratitudez quia omne bonū quo quis magnificat est beneficium dei. cui homo fit ingratus peccando. et quantum ad hoc quelibet maioritas etiā in reprobis bonis peccatum aggrauat. secundum illud. **Sap. vi.** Potentes potent tormenta patiētur. Tertio propter specialē repugnantia actus peccati ad magnitudinē persone. sic si princeps iustitiaz uiolent. quod ponit iustitiae custos. & si sacerdos fornicet. quod castitatē uouit. Quarto propter exemplū siue scandalū. quia dicit. **gg. i. past.** In exemplū uehementē culpa extendit. quoniam pro reuerentia gradus peccatorum honozat. Ad plurimū etiā notitia pueniunt peccata magnoz. & homines ea magis in dignē ferūt.

**DISTINCTIO. QVARTA**  
**D**einde consideranduz est de subiecto peccatorum. Et circa hoc querūt de cem. Primo utrum uoluntas possit esse subiectuz peccati. Secūdo utrum sola uoluntas sit peccati subiectū. Tertio utrum sensualitas possit esse subiectū peccati. Quarto utrum possit esse subiectū peccati mortalis. Quinto utrum ratio possit esse subiectū peccati. Sexto utrum delectatio mortosa sit in rōne inferiori sic in subie

cto. Septio utrum peccatum cōsensus in actū sit in supiozi rōne sic in subiecto. Octauo utrum ratio inferior possit esse subiectū peccati mortalis. Nonno utrum ratio supioz possit esse subiectū peccati uenialis. Decimo utrum in rōne supiozi possit esse peccatum ueniale circa propriū obiectū.

**A**d primū scilicet utrum uoluntas possit esse subiectū peccati. dicendū quod peccatum quoddam actus est. Actū autē quidā transeūt in exteriorēz materiā. ut urere & secare. et hominē actus habet pro materia & subiecto id in quod transit actio. Sic dicit philosophus in iii. phisic. Quod motus est actus mobilis a mouente. Quidā actus sunt non transeuntes in exteriorēz materiā. sed manentes in agente. sicut appetere & cognoscere. & tales actus sunt omnes morales. siue sint actus uirtutū siue peccatorum. Vnde oportet quod propriū subiectū actus peccati sit potentia quod est principium actus. Cū autē propriuz sit actuz moralium quod sint uoluntariū. ut sup̄ habitū ē. sequit̄ quod uoluntas quod est principium uoluntariuz actuz siue bonoz. siue maloz quod sunt peccata sit principium peccatorum. & ideo sequit̄ quod peccatum sit in uoluntate sic in subiecto.

**A**d secūm scilicet utrum sola uoluntas sit subiectū peccati. dicenduz quod sic ex supradictis patet. omne quod est principium uoluntariū actus. est principium peccati actus autē uoluntariū dicit̄ illi non solū quod eliciunt a uoluntate. sed etiā illi quod a uoluntate impant. ut sup̄dictū est cum de uoluntario ageret. Vnde non sola uoluntas potest esse subiectū peccati. sed omnes ille potentie quod possunt moueri ad suos actus uel ab eis reprimi pro uoluntate. & eodem etiāz potentie sunt subiecta habitūz moralium siue bonoz siue maloz. quia eiusdē est actus & habitus.

**A**d tertium scilicet utrum in sensualitate possit esse peccatum. dicendū quod sic sup̄dictū est. peccatum potest inueniri in qualibet potentia cuius actus potest esse uoluntariū. & inordinatus. in quo consistit ratio peccati. Manifestū est autē quod actus sensualitatis potest esse uoluntarius in quantum sensualitas. i. appetitus sensitiuus nata est a uoluntate moueri. Vnde relinquit̄ quod in sensualitate possit esse peccatum.

**A**d quartū scilicet utrum in sensualitate possit esse peccatum mortale. dicendū quod sic inordinatio corumpens principium uite corporalis causat corpalem mortē. ita etiā inordinatio corumpens principium spūalis uite quod est ultimus finis causat mortē spūalem peccati mortalis. ut supradictū est. Ordinare autē aliquid in finem nō ē sensualitatis. sed solū rōnis. inordinatio autē a fine non est nisi eius cuius est ordinare in fine. Vnde peccatum mortale non potest esse in sensualitate. sed solū in rōne. Et nota quod cum peccatum ueniale sit dispositio ad mortale. dispositio autē & habitus habeant esse in eodem. non tū potest esse peccatum mortale in sensualitate sic peccatum ueniale quia dispositio tripliciter se habet ad id ad quod disponit. Quoniam enim est idem & in eodem. sic scientia inchoata dicit̄ esse dispositio ad scientiā perfectam. Quoniam autē est in eodem sed nō idē. sicut

caloz est dispositio ad formā ignis. Quāq; uero idem. nec i eodē. sicut in hiis q; habent ordinē ad inuicē ut ex uno pueniāt in aliud. sicut bonitas ymaginationis est dispositio ad scientiā q; est in intellectu. Et hoc modo pētū ueniāle quod ē i sensualitate potest esse dispositio ad pētū mortale quod est in ratione.

**Q**uintū scz utrū i rōne possit esse pētū dīcendū q; pētū cuiuslibet potentie consistit i actu ipsius sic ex dictis patet. habet autē ratio duplicē actū. Vnū quidē h̄m se i comparatione ad p̄p̄ū obiectū quod ē cognoscere ali quod uerū. Alius autē actus rōnis est inquantū est directiua aliarū uiriū. Vtroq; autē modo cōtingit pētū esse i rōne. Primo quidē inquantū errat i cognitione uera. qd quidē tūc imputatur ei ad pētū. qn̄ habet ignozantiam uel errorē circa id qd potest et debet scire. Secūdo qn̄ inordinatos actus inferiorū uiriū. uel i perat. uel etiā post deliberationē non coeret.

**S**extū scz utrū pētū mortale delectatōis sit in rōne inferiori sicut in subiecto. dicēdū q; sicut dictū est. pētū contingit esse in rōne. qn̄q; quidē inquantū est directiua hūa morū actū. Manifestū est autē q; ratio n̄ solū est directiua exteriorū actū. s; etiā interiorū passionū. & ideo qn̄ ratio deficit in directione interiorū passionū. dicitē esse pētū in ratione sicut etiā qn̄ deficit i directione exteriorū actū. Deficit autē in directione passionū interiorū duplici. Vno modo qn̄ impat illicitas passionē. sicut qn̄ homo ex deliberatiōe puocat sibi motū ire uel cōcupiscētie. Alio modo qn̄ non reprimit illicitū passionis motū. Sicut cū aliquis postq; deliberauit q; motus passionis insurgens est inordinatus. nihilominus circa ipsum immorat. & ipsum non expellit. & h̄m h̄ dicitē pētū delectatōis mortale esse i rōne.

**S**eptimū scz utrū pētū cōsensus i actus sit i rōne supiori. dicēdū q; cōsensus importat iudiciū qdāz ex eo i qd consentit. Sic enī ratio speculatiua iudicat & sentētiat de rebus intelligibilibus. ita ratio practica iudicat & sentētiat de agendis. Est autē considerādū q; i omni iudicio ultima sentētia p̄tinet ad sup̄mū iudicatoriū. Sicut uidemus etiā i speculatiuis q; ultima sentētia de aliqua p̄positione datur p̄ resolutionē ad prima principia. q; diu enī remanet aliquod principū alteri. adhuc potest p̄ ipsum examinari id de quo querit. Vn̄ adhuc ē suspensū iudiciū quasi nudū data finali sentētia. Manifestū ē autē q; actus hūani regulari possunt ex regula rātonis humane q; sumit ex rebus creatis quas naturalit̄ hō cognoscit. & ulterius ex regula legis diuine. ut iū pradictū est. Vnde cū regula legis diuine sit supior. consequēs est ut ultima sentētia p̄ quā iudiciū finalit̄ terminat̄ p̄tineat ad rōnem supiorem q; intēdit rationibus eternis. Cum autē de pluribus occurat iudicandū. finale iudiciū est de eo qd ultio occurrit. In actibus autē humanis ultimo occurrit actus. p̄ambulūz

autē ē delectatio q; inducit ad actū. & ideo ad rationē supiorem p̄p̄ie p̄tinet cōsensus i actū ad rationē uero inferiorē q; habet inferius iudiciū p̄tinet iudiciū p̄ambulū qd ē de delectatione. q; uis etiā & de delectatōe ratio supior iudicare possit. qz qd subdit iudicio inferioris subdit. & iudicio supioris. s; non conuertit.

**D**e octauū scz utrū cōsensus i delectatōnem mortale sit pētū mortale. dicēdū q; circa hoc aliq; diuersimode opinati sunt. Quidā enī dixerūt q; cōsensus i delectatōnem non est pētū mortale. s; ueniāle t̄m. Alii dixerunt q; ē pētū mortale. & hec opinio commūior ē & uerifimilior. Est enī cōsiderandū q; cū omnis delectatio cōsequat̄ aliq; opationē. ut dicitur. x. Et h̄. & iterū cū omnis delectatio habeat aliq; obiectū. delectatio q;libet potest compari ad duo scz ad opationē quā cōsequit̄. & ad obiectū i quo q; delectat̄. Cōtingit autē q; aliqua opatio fit obiectū delectatōnis. sic & aliqua alia res. qz ipa opatio potest accipi ut bonū. & finis in quo aliquis delectatus requiescit. & qn̄q; quidē ipamet opatio quā consequitur delectatio est obiectū delectatōnis. inquantū scz uis appetitiua cuius ē delectari reflectit i ipam opationē sic in quoddā bonū. puta cū aliquis cogitat & delectat̄ de hoc ipso qd cogitat in quantū sua cogitatio placet. Quāq; uero delectatio consequēs unam opationē. puta cogitationē aliq; habet p̄ obiecto aliam opationē quasi rem cognitā uel cogitatā. & tūc talis delectatio p̄cedit ex inclinatione appetitus. n̄ quidē i cogitationē. s; in opationē cogitam. Sic igit̄ si aliquis de fornicatione cogitat. de duobus potest delectari. Vno modo de cogitatione ipa. Alio modo de fornicatione cogitata. Delectatio autē de cogitatione ipa sequitur inclinationē. affectus cogitationē ipam. cogitatio autē ipa h̄m se nō ē pētū mortale. immo qn̄q; est ueniāle. t̄m puta cū aliquis inutiliter cogitat. qn̄q; autē sine p̄tō omnino. puta cū aliquis utilit̄ de ea cogitat. sicut cū uult de ea p̄dicare uel disputare. Et ideo p̄ cōsequens affectio uel delectatio q; sic est de cogitatiōe fornicationis. non est de gñe p̄tī mortalis. s; qn̄q; est pētū ueniāle. & qn̄q; nullum. Vn̄ nec cōsensus i talem delectatōnem ē pētū mortale. & h̄m h̄ p̄ma opinio habet ueritatē. Q; autē aliq; cogitans de fornicatione delectat̄ de ipso actu cogitato. h̄ cōtingit ex hoc q; affectio eius est inclinata i hūc actū. Vn̄ q; aliq; consentiat i talē delectatōnem. h̄ nihil aliud est. q; q; ipse consentiat in hoc q; affectus suus sit inclinatus in fornicationē. Nullus enī delectat̄ nisi i eo quod est conformē appetitui eius. Q; autē aliq; ex deliberatione eligit q; affectus suus conformē h̄is q; h̄m se sunt p̄tā mortalia. est pētū mortale. Vnde talis cōsensus i delectatōnem p̄tī mortalis. est pētū mortale. ut secunda opinio ponit.

**N**onū scz utrū in rōne supiori possit esse ueniāle. dicēdū q; sic Aug. dicit i. xii.

de trinitate. Ratio superior inheret rationibus  
eternis aspiciendis aut consulendis. Cōspiciēdis qdē  
sūm q̄ earū ueritatē speculat. Cōsulēdis autē se  
cundū q̄ p̄ rōnes etnas de aliis iudicat & or  
dinat. ad qd̄ p̄met q̄ deliberando p̄ rōnes et  
nas consentit ī aliquē actū. uel dissentit ab eo  
Contingit autē q̄ inordinatio actus in quē cō  
sentit nō contrariat̄ rationibus eternis. quia  
non est cū auersione a fine ultimo. sicut act⁹  
peccati mortalis. s; est preter eas. sicut actus peccati  
uenialis. Vnde qñ ratio superior ī actū uenia  
lis peccati consentit. non auertit̄ a rationibus et  
nis. Vnde non peccat mortaliter. s; uenialiter  
Et nota q̄ sicut in uita corporali cōtingit dupli  
cem esse infirmitatē. puta in corde quod ē prī  
cipiū uite corporalis. sic & in supiori rōne q̄ est  
principiū uite spūalis potest esse inordinatio  
duplex. Duplex in q̄z ē infirmitas cordis. Vna  
q̄ est in ip̄a substantia cordis. & immutat na  
turale complexiōne ip̄ius & talis infirmitas se  
per est mortalis. Alia autē est infirmitas cordis  
p̄pter aliq̄z inordinatiōne. uel motus eorū q̄  
circūstant cor. & talis infirmitas nō semp̄ est  
mortalis. & similis in rōne supiori semp̄ ē pec  
catū mortale qñ tollit̄ ip̄a ordinatio rōnis su  
pioris ad p̄p̄riū obiectū. qd̄ est rōnes eterne.  
Sed qñ est inordinatio circa h. non est peccatū  
mortale sed ueniale.

**A**d decimū scz utruq; in rōne supiori possit  
esse peccatū mortale. dicendū q̄ ratio supe  
rior aliter fert̄ in suū obiectū. & alit̄ ī obiecta  
inferiora uiriū q̄ p̄ ip̄am dirigunt̄. In obiecta  
enī inferiora uiriū nō fert̄ nisi inq̄ntū de eis  
consultit rationes etnas. Vnde non fert̄ in ea  
nisi p̄ modū deliberationis. Deliberatus autē  
consensus in hiis q̄ ex gñe suo sunt mortalia  
est peccatū mortale. & ideo ratio superior semp̄  
peccat mortalit̄. si actus inferiora uiriū ī quos  
cōsentit sint peccatū mortalia. Sed circa p̄p̄riū  
obiectū habet duos actus scz simplicē intuitū  
& deliberatiōne. sūm qd̄ etiā de p̄p̄rio obiecto  
consultit rōnes etnas. Scdm̄ autē simplicē in  
tuitū potest aliquē inordinatū motū habere  
circa diuina. puta cū quis patit̄ subitū infide  
litas motū. & quāuis infidelitas sūm suū ge  
nus sit peccatū mortale. tñ subitū infidelitatis  
motus est peccatū ueniale. qz peccatū nō ē morta  
le nisi sit cōtra legē dei. Potest autē aliqd̄ eorū  
q̄ ad fidem p̄tinent subito rōni occurrere sub  
qd̄am alia rōne. anteq̄z sup̄ hoc cōsulat̄. uel cō  
suli possit ratio eterna. i. lex dei. puta cū quis  
resurrectiōne mortuorū subito apprehendit.  
ut ip̄osibile sūm naturā. & simul app̄henden  
do remittit̄ anteq̄z t̄pus habeat deliberādi. q̄  
h̄ est nobis traditū ut credendū sūm legē diu  
nam. Si uero post deliberatiōne motus infide  
litas maneat. est peccatū mortale. & ideo circa  
p̄p̄riū obiectū etiā si sit peccatū mortale ex gñe  
potest ratio superior peccare uenialit̄ in subitis  
motibus. uel etiā mortalit̄ p̄ deliberatū cōsen  
sum. In hiis autē q̄ p̄tinent ad inferiores uires  
semp̄ peccat mortalit̄ ī hiis q̄ sunt peccatū morta

lia ex gñe suo. non autē in hiis q̄ sūm suū gen⁹  
sunt uenialia peccatū. **DISTINCTIO. V.**

**D**Emde considerandū est de causis  
peccatū & primo in gñali. Scdo in  
spūali. Circa primū querūt̄ q̄tuor.  
Primo utruq; peccatū habeat causam  
Scdo utrum habeat causam interiorē. Tertio  
utruq; habeat causam exteriorē. Quarto utruq;  
peccatū sit causa peccati.

**A**d primū scz utruq; peccatū habeat causā. dicē  
dū q̄ peccatū est qd̄am actus inordinatus.  
Ex prē igit̄ actus potest habere p̄ se causam. si  
cut & quilibet alius actus. Ex pte autē inordi  
nationis habet causā eo mō quo negatio uel pri  
uatio causam habere potest. Negationis autē  
potest causa duplex assignari. Primo quidem  
defectus cause. i. ip̄ius cause negatio. est causa  
negationis sūm seip̄am. Ad remotiōne enī cau  
se sequit̄ remotio effectus. sic obscuritatis cau  
sa est absentia solis. Alio mō causa affirmati  
onis ad quā sequit̄ negatio. ē p̄ accidens cau  
sa negationis consequētis. Sicut ignis causan  
do calorē ex principali intentione. consequēt̄  
causat priuationē frigiditatis. quorū primū  
potest sufficere ad simplicē negationē. Sed cū  
inordinatō peccati & quodlibet malū nō sit sim  
plex negatio. s; priuatio eius qd̄ quid natum  
est & debet habere. necesse est q̄ talis inordi  
natio habeat causā agentē p̄ accidens. Qd̄ enī  
natū est iesse & debet. nunq̄z abessēt nisi p̄p̄  
aliquā causam impediētē. & sūm hoc consue  
uit dici q̄ malū qd̄ ī qd̄am priuatione cōsistit  
habet causā deficientē uel agentē p̄ accidens.  
omnis autē causa p̄ accidens. reducit̄ ad causam  
p̄ se. Cū igit̄ peccatū ex pte inordinatiōnis hēat  
causam agentē p̄ accidens ex pte autē actus ha  
beat causā agentem p̄ se. sequit̄ q̄ inordinatō  
peccati consequitur ex ip̄a actus causa. Sic igit̄ uo  
luntas carens directione regule rōnis & legis  
diuine intendens aliqd̄ bonū commutabile.  
causat actū qd̄em peccati p̄ se. s; inordinatiōnem  
actus p̄ accidens & p̄ter intentionē. Prouēit  
enī defectus ordinis in actu. ex defectu dire  
ctionis in uoluntate.

**A**d scdm̄ scz utruq; peccatū habeat causam in  
teriorē. dicendū q̄ sicut iam dictū est p̄ se  
causaz peccati oportet accipere ex pte ip̄ius actus.  
actus autē hūani potest accipi causa interior. et  
mediata & immediata. Immediata qd̄em cau  
sa hūani actus est ratio & uoluntas. sūm q̄ hō  
est liber arbitrio. Causa autē remota est appre  
hensio sensitiue p̄tis. & etiā appetitus sensiti  
uus. Sic enī ex iudicio rōnis uoluntas mouet̄  
in aliqd̄ sūm rationē. ita etiā ex apprehensione  
sensus appetitus sensitiuus ī aliqd̄ inclinatur  
q̄ qd̄em inclinatio interdū trahit uoluntatez et  
rationez. Sicut infra patebit. Sic igit̄ duplex  
causa interior peccati potest assignari. Vna p̄xi  
ma ex pte rōnis & uoluntatis. Alia uero remo  
ta ex pte ymaginationis uel appetitus sensiti  
ui. Sed qz supradictū ē q̄ causa peccati est aliqd̄  
bonum apparens motiūz cum defectu debiti

motiui. scz regule rationis uel legis diuine. ip-  
sum motiui qd est apprensio bonuz pñet ad  
apprehensioē sensus appetitiui. ipsa autē abse-  
ntia debite regule pñet ad rationē q̄ nata est  
hmoī regulā cōsiderare. s; ipsa pfectio uolūta-  
rii actus peccati pñet ad uoluntatē. ita q̄ ipse  
uoluntarius actus pmissis suppositis iam est  
quoddam peccatū.

**T**ertiu scz utrū peccatū habeat causā exteri-  
orem. dicendū q̄ sic supradictū ē. causa in-  
terior peccati est uoluntas ut p̄ficiens actū pecca-  
ti. & ratio q̄ntū ad carentiaz debite regule. &  
appetitus sensitiuus inclinās. Sic igit̄ aliqd ex  
trinfecū potest esse causa peccati tripliciter. Vel q̄a  
trinfecū mouet ipam uoluntatē. uel q̄z mo-  
uet rationē. Vel q̄z mouet appetitū sensitiuū.  
Voluntatē autē ut supradictū ē. interius mo-  
uere non potest. nisi deus q̄ nō potest esse cau-  
sa peccati. ut infra ostendet. Vnde relinquit̄ q̄  
nihil exterius potest esse causa peccati. nisi uel m-  
q̄ntū mouet rationem sic hō uel demon p̄sua-  
dens peccatū. uel sic mouens appetitū sensitiuū  
sicut aliqua sensibilia exteriora mouent sensi-  
tiuū appetitū s; neq; p̄suasio exterior in rebus  
agendis ex necessitate mouet rationem. neq;  
etiā res exterius p̄p̄osite ex necessitate mouēt  
appetitū sensitiuū. nisi forte aliquo mō dispo-  
sitiuū. & tñ etiā appetitus sensitiuus non ex ne-  
cessitate mouet rationē & uoluntatē. Vñ ali-  
quid exterius potest esse aliqua causa mouēs  
ad peccandū non tñ sufficiens ad peccatū indu-  
cens. s; causa sufficienter complens peccatū. est  
sola uoluntas.

**Q**uartū scz utrū peccatū sit causa peccati. di-  
cendū q̄ cum peccatū habeat causam ex pte  
actus. hō modo unū peccatū posset esse causa al-  
terius. sic unus actus humanus potest esse al-  
terius causa. Contingit igit̄ unum peccatū esse  
causam alterius s; q̄tuor gñia causarū. P̄rio  
quidē s; modū cause efficientis uel mouētis  
& p se & p accidens. Per accidens quidē sic re-  
mouens p̄hibens dicit̄ mouens p accidens. Cū  
enī p unū actū peccati hō amittat gratiā. carita-  
tes. uel uerecundiaz. uel q̄cūq; aliud retrahēs  
a peccatō. mādīt ex hō in aliud peccatū. et sic primū  
peccatū est causa scđi peccati p accidens. Per se au-  
tē sic cū ex uno actu peccati homo disponit̄ ad hō  
q̄ aliū actū cōsimilē facilius cōmittat. ex acti-  
bus enī causant̄ dispositiones & habitus incli-  
nātes ad similes actus. Scđm uero genus cau-  
se materialis unū peccatū ē causa alterius. in q̄n-  
tum p̄parat ei matēriā. sicut auaritia preparat  
materiam luxurio. qd̄ plerūq; est de diuitiis cō-  
gregatis. Secundū uero genus cause finalis  
unū peccatū est causa alterius inquantū p̄pter  
finē unius peccati aliquis cōmittit aliud peccatū si-  
cut cum quis cōmittit symoniā p̄pter finē ambi-  
tionis. uel fornicationē p̄pter furtū. Et quia  
finis dat formā i moralibus. ut sup̄ habitū ē.  
ex hō etiā sequit̄ q̄ unū peccatū sit causa formal-  
alterius. in actu enī fornicationis q̄ p̄pter finē  
cōmittit̄. est quidē fornicatio. sic materiale.

furtū uero sic formale.

**DISTINCTIO**

**CVI.**

**D**emde considerandū est de causis  
peccati i spali. Et p̄mo de causis inte-  
rioribus. Scđo de exterioribus. Ter-  
tio de peccatis q̄ sunt causa alioz pec-  
catoz. Prima autē consideratō s; p̄missa erit  
cripta. Nam primo ageť de ignorantia q̄ est  
causa peccati ex pte rationis. Scđo de infirmitate  
seu passione q̄ est causa peccati ex pte appetit̄  
sē-  
sitiui. Tertio de malitia q̄ ē causa peccati ex pte  
uoluntatis. Circa primū querūt̄ q̄tuor. P̄rio-  
utrū ignorantia sit causa peccati. Scđo utrū ig-  
norantia sit peccatū. Tertio utrū totaliter a pec-  
cato excuset. Quarto utrū diminueat peccatū.

**P**rimū scz utrū ignorantia sit causa pec-  
cati. dicendū q̄ s; p̄ hō i. viii. p̄hic. Cau-  
sa mouens ē duplex. Vna p se alia p accidēs.  
Per se quidē q̄ p̄pria uirtute mouet. sicut gene-  
rans est causa mouens grauiā & leuiā. Per ac-  
cidens autē sicut remouens p̄hibēs. uel sic ipsa  
remotio p̄hibentis. & hoc modo ignorantia  
potest esse causa actus peccati. est enī priuatio sci-  
entie p̄ficiētis rationē q̄ p̄hibet actū peccati i  
q̄ntū dirigit̄ actus hūanos. Considerandū ē  
autē q̄ ratio s; duplicē scientiā est humanoꝝ  
actū directiua s; s; scientiaz uniuersalē &  
particularē. conferens enī de agēdis utiē quo-  
dam sillogismo. cuius cōclusio est iudiciū seu  
electio uel opatio. Actiones autē i singularib;  
sunt. unde conclusio sillogismi opatiui est sin-  
gularis. singularis p̄positio non cōcludit̄ uni-  
uersalē nisi mediante aliq̄ p̄positione singula-  
ri. sicut homo p̄hibet̄ ab actu p̄ricidii per hoc  
q̄ scit̄ p̄rem non esse occidendū. & p hō scit̄  
hunc esse p̄rem. Vtriusq; ergo ignorantia po-  
test causare p̄ricidii actū. s; & uniuersalis p̄n-  
cipii quod ē q̄dam regula rōnis & singularis  
circūstantie. Vñ patet q̄ non q̄libet̄ ignoran-  
tia peccantis est causa peccati. s; illa tñ q̄ tollit sci-  
entiam p̄hibentē actū peccati. Vñ si uolūtas ali-  
cuius esset sic disopsita q̄ nō p̄hiberet̄ ab actu  
p̄ricidii. etiā si p̄rem agnosceret. ignorantia pa-  
tris non est huic causa peccati. s; cōcomitanter se  
habet ad peccatū. & ideo talis non peccat per ig-  
norantiā. s; peccat ignorās s; p̄ hō i. iii. et̄h.

**S**ecundū scz utrū ignorantia sit peccatū.  
dicendū q̄ ignorantia i hoc a scientia dif-  
fert. qz nescientia dicit̄ simplicē scientie nega-  
tionē. Vñ cuiusq; deest aliqua rerū scientia  
potest dici nescire illas. s; hō quē modū diony-  
in angelis nescientiā ponit. vi. ca. ecclesiastice  
ierarchie. Ignorantia uero importat scientie pri-  
uationem. dum scz alicui deest scientia eoz q̄  
ap̄tus natus est scire. Hoz autē q̄dam aliquis  
scire teneť scz illa sine quoz scientia nōn po-  
test debitū actū exercere. Vnde omēs tenent̄  
scire communitē ea q̄ sunt fidei. & uniuersalia  
iuris p̄cepta. singuli autē ea q̄ ad eoz statū uel  
officiū p̄tinent siue spectant. Vnusq; uero  
teneť scire ea q̄ ad suū officii spectāt. Quedā  
uero sunt q̄ & si aliquis natus est scire. nō tñ

et tenet scire. sicut theoreumata geometrie. & contingentia particularia nisi in casu. Manifestum est autem quod quicumque negligit habere uel facere. id quod tenetur habere uel facere. peccat peccato omissionis. Unde propter negligentiam ignorantia eorum quae quis scire tenetur. est peccatum. Non autem imputatur homini ad negligentiam si nesciat ea quae scire non potest. Unde hominum ignorantia inuincibilis dicitur. quae scilicet studio superari non potest. & propter hoc talis ignorantia cum non sit uoluntaria eo quod non est in potestate nostra. eas repellere non est peccatum. Ex quo patet quod nulla ignorantia inuincibilis est peccatum. ignorantia autem uincibilis est peccatum si sit eorum quae quis scire tenetur. non autem si sit eorum quae quis scire non tenetur.

**H**oc tertium scilicet utrum ignorantia ex toto excuset peccatum. dicendum quod ignorantia de se habet quod faciat actum quem causat inuoluntarium esse. In enim dictum est quod ignorantia dicitur causare actum quem scientia apposita prohibebat. & ita talis actus si scientia adesset. esset contrarius uoluntati quod implet nomen uoluntarium. Si uero scientia que per ignorantiam priuatur non prohiberet actum propter inclinationem uoluntatis in ipsum. ignorantia huius scientie non facit hominem inuoluntarium sed non uolentem. ut dicitur in iii. Ethicorum. & talis ignorantia quae non est causa actus peccati ut dictum est quod non causat inuoluntarium. non excusat a peccato. et eadem ratio est de quacumque ignorantia non causante. sed consequente uel concomitante actum peccati. sed ignorantia quae est causa actus quod causat in uoluntarium. de se habet quod excuset a peccato. eo quod uoluntarium est de ratione peccati. Sed quod aliquando non totaliter a peccato excuset. potest contingere ex duobus. Uno modo ex parte ipsius rei ignorate. in enim ignorantia excusat a peccato. in quantum ignorantia aliquid esse peccatum. Potest autem contingere quod aliquis ignoret quidem aliquam circumstantiam peccati. quam si sciret. retraheret a peccato. siue illa circumstantia faciat ad rationem peccati. siue non. & tunc remanet in eius scientia aliquid per quod cognoscit illud esse actum peccati. puta si aliquis peccatens aliquem sciat quidem ipsum esse hominem. quod sufficit ad rationem peccati. non tamen scit ipsum esse premissum quod est circumstantia constituens nouam speciem peccati. uel forte nescit quod ille se defendens reputat eum. Quod si sciret. non peccaret. quod non pertinet ad rationem peccati. Unde licet talis per ignorantiam peccet. non tamen totaliter excusatur a peccato. quod adhuc remanet cognitio peccati. Alio modo potest hoc contingere ex parte ipsius ignorantie. quod scilicet ipsa ignorantia est uoluntaria. uel directe. sicut cum aliquis studiose uult nescire aliquid ut liberius peccet. uel indirecte. sicut cum aliquis propter labores uel propter alias occupationes negligit addiscere id per quod a peccato retraheretur. talis enim negligentia facit ipsam ignorantiam esse uoluntariam & peccatum. dummodo sit eorum quae quis scire tenetur & potest. & ideo talis ignorantia non totaliter excusat a peccato. Si uero sit talis ignorantia quae omnino sit inuoluntaria. siue quod est inuincibilis. siue quod est eius quod quis scire non tenetur. talis ignorantia omnino excusat a peccato.

**H**oc quartum scilicet utrum ignorantia diminuat peccatum. dicendum quod quod omne peccatum est uoluntarium. in tamen ignorantia potest diminuire peccatum. in quantum diminuit uoluntarium. Si autem non diminuit uoluntarium. nullo modo potest diminuire peccatum. Manifestum est autem quod ignorantia quae totaliter a peccato excusat. quod totaliter uoluntarium tollit peccatum non minuit. sed omnino aufert. Ignorantia uero quae non est causa peccati. sed concomitanter se habet ad peccatum. nec minuit peccatum nec auget. Illa igitur sola ignorantia potest peccatum minuire quae est causa peccati. & tunc totaliter a peccato non excusat. Contingit autem quod quod talis ignorantia directe & per se est uoluntaria sicut cum aliquis sua sponte nescit aliquid ut liberius peccet. & talis ignorantia uidetur augere uoluntarium & peccatum. De intentione enim uoluntatis ad peccandum peruenit quod aliquis uult subire ignominiam damnum propter libertatem peccandi. Quod uero ignorantia quae est causa peccati non est directe uoluntaria sed indirecte uel per accidens. puta cum aliquis non uult laborare in studio. ex quo sequitur eum esse ignorantem. uel cum aliquis uult bibere uinum immoderate. & talis ignorantia diminuit uoluntarium. & per consequens peccatum. cum enim aliquid non cognoscitur esse peccatum. non potest dici quod uoluntas directe & per se feratur in peccatum. sed per accidens. Unde ibi minor contemptus. & per consequens minus peccatum. Et nota quod peccatum peccato additum non semper facit maius peccatum. sed facit plura peccata. quod forte non coincidunt in idem peccatum. sed sunt plura. & potest contingere quod si primum diminuit secundum. quod a bo simul non habeat tantam grauitatem quantum unum solum haberet. Sicut homicidium grauius peccatum est a sobrio homine factum. quod si fiat ab ebrio. quauis hic sint duo peccata. quod ebrietas plus diminuit de ratione sequentis peccati. quod sit sua grauitas. Sicut patet de ebrio quod ex ignorantia uel defectu rationis committit aliquid aliud peccatum. mere quidem duplices maledictiones sunt per hominem. in ii. ethicorum. propter duo peccata quae committit scilicet ebrietatem. & aliud peccatum quod ex ebrietate sequitur. tamen ebrietas ratione ignorantie adiuncte diminuit sequens peccatum. & forte plus quod sit grauitas ipsius ebrietatis ut dictum est. uel potest dici quod illud uerbum per hominem inducit secundum ordinationem cuiusdam peccati legem gylatoris. quod statuit ebrios si peccauerint amplius puniri. non ad ueniam respiciens quam ebrii debent habere. sed ad utilitatem. quod plures iniuriatur ebrii quam sobrii. ut patet per philosophum in ii. politici.

**DISTINCTIO VII.**

**D**einde considerandum est de causa peccati ex parte appetitus sensitui. utrum passio anime sit peccatum. Et circa hoc querunt octo. Primo utrum passio appetitus sensitui possit mouere uel inclinare uoluntatem. Secundo utrum possit superare rationem contra eius scientiam. Tertio utrum peccatum quod ex passione peruenit sit peccatum ex infirmitate. Quarto utrum haec passio quae est amor sui sit causa omnium peccatorum. Quinto de illis tribus causis que ponuntur.

i. Jo. ii. concupiscentia oculorum. concupiscentia carnis & supbia uite. Sexto utruq; passio q̄ est causa peccati dimminuat ip̄m. Septimo utruq; totalit̄ excuset. Octavo utruq; peccatū qd̄ est ex passione possit esse mortale.

**P**rimū scz utruq; passio appetitus sensitivi possit mouere uoluntate. dicendum qd̄ passio appetitus sensitivi nō potest directe trahere aut mouere uoluntate. s; indirecte potest & h̄ quidē tripliciter. Vno modo s; abstractiōne q̄ndam. cū enī omēs potētie anime ī una essentia aīe radicent̄ necesse est qd̄ qn̄ una potentia intendit̄ ī suo actu. qd̄ alia remittatur uel etiā totalit̄ impediā. tum. qz om̄is uirtus ad plura dispersa fit mīmoz. Vnde econtrario dicit̄ qn̄ intendit̄ circa unuz. minus potest ad alia dispergi. tum. qz ī opibus aīe aīalibus requirit̄ qdam intentio q̄ dū uehement̄ applicatur ad unū. non potest alteri uehement̄ attendere. & s; h̄c lūc modū p̄ quandā distractionē qn̄ motus appetitus sensitivi fortificat̄ s; qz tūq; passionē necesse est qd̄ remittat̄. uel totalit̄ impediā. motus pprius appetitus rōnalis q̄ est uoluntas. Alio modo ex pte obiecti uolūtat̄ qd̄ est bonū rōne apprehensū. Impeditur enī iudiciū & apprehensio rōnis ppter uehement̄ & mozdinatā apprehensioē ymaginatiōnis. & iudiciū uirtutis estimatiue. ut patet ī amentibus. Manifestū est aut̄ qd̄ passionē appetitus sensitivi sequit̄ ymaginatiōis apprehensio & iudiciū estimatiue. sic etiā dispositiones lingue sequit̄ iudiciū gustus. Vnde uidemus qd̄ homines ī aliqua passione existentes. nō facile ymaginatiōne auertūt ab hīs cca q̄ afficiunt̄. Vn̄ p̄ consequēs iudiciū rōnis plerūq; sequit̄ passionem appetitus sensitivi. et p̄ consequēs motus uoluntatis semp̄ natus est sequi iudiciū rōnis.

**S**ecundū scz utrum passio possit supare rationē cōtra eius scientiā. dicendū qd̄ opinio locratis fuit ut dicit̄ phus ī. vii. Et h̄ qd̄ scientia nunq; possit supari a passione. Vn̄ ponebat omēs uirtutes esse scientias. et om̄ia peccata esse ignozantias. ī quo quidē recte aliqua liter sapieb̄. qz cum uoluntas sit boni uel appetentis boni. nunq; uoluntas ī malū moueret. nisi id qd̄ non est bonū aliqualit̄ rōni bonū appareret. et ppter h̄ uoluntas nunq; ī malū tenderet. nisi cum aliqua ignozantia uel errore rōnis. Vnde dicit̄. p̄. xiiii. Errāt qui opant̄ malū. Sed qz experimēto patet qd̄ multi agunt cōtra ea quoz scientiā habēt. & h̄ etiā auctoritate diuina confirmatur. s; illud Luc. xii. Seruus q̄ cognoscit uolūtate dñi sui & non facit. plagis uapularit̄ multis. Et lac. ultimo dicit̄. Scienti bonū & nō facienti. peccatū est illi. non simpliciter uerū dixit. s; opoztet distinguere. ut dicit̄ phus ī. vii. Et h̄. Cum enī ad recte agendū homo dirigat̄ duplici scientia scz uniuersali & p̄ticulari. utriusq; defectus sufficit ad h̄ qd̄ impediā. rectitudo opis & uoluntatis. ut sup̄dictū est. Cōtingit aut̄ qd̄

aliquis habeat scientiā ī uniuersali. puta nullo fornicationē esse faciendā. s; tñ non cognoscit ī p̄ticulari hunc actū q̄ est fornicatio nō esse faciendū. & h̄ sufficit ad hoc qd̄ uoluntas non sequat̄ uniuersalē scientiā rōnis. Itē considerandū est qd̄ nihil phibet aliqd̄ scire ī habitu. qd̄ tñ actu nō considerat̄. Potest igitur contingere qd̄ aliq; etiā rectā scientiā habeat ī singulari. & non solū ī uniuersali. s; tñ actu non consideret. & tunc nō uidet̄ difficile qd̄ ppter id qd̄ actu non cōsiderat hō agat. Qz autē homo non cōsideret ī p̄ticulari id qd̄ habitua liter scit. qn̄q; quidē cōtingit ex solo defectu ī tentionis. puta cum homo sciens geometriaz non intendit ad considerandū geometrie cōclusiones quas statim ī p̄romptu habet cōsiderare. Qn̄q; aut̄ homo non cōsiderat id qd̄ habet ī habitu ppter aliqd̄ impedimentū su perueniens. puta ppter aliquā occupationem exteriorē. uel ppter aliquā infirmitatez corporalem. & h̄ modo ille qui ē ī passione cōstitutus non potest cōsiderare ī p̄ticulari illud quod scit ī uniuersali inquantū tñ passio impedit talē considerationē. Impedit aut̄ tripliciter. Primo p̄ q̄ndā distractionē. sic sup̄ expositū ē. Secūdo p̄ contrarietate. qz plerūq; passio inclinat ad conerariū huius quod scientia uniuersalis habet. Tertio p̄ q̄ndam immutationē corporale. ex quo ratio quodāmodo ligat̄ ne libere ī actu exeat. sic etiā somnus uelebrietas q̄dam corporali transmutatōe facta ligant usum rationis. Et qd̄ h̄ cōtingat ī passionibus patet ex h̄ qd̄ aliq; cū passiones multū intendunt̄. homo amittit usum rōnis totaliter. Multi enī ppter abundantia amozis & ire sunt ī insaniā uersi. & p̄ hunc modū passio trahit rationē ad iudicandū ī p̄ticulari cōtra scientiā quā habet ī uniuersali.

**T**ertiuū scz utruq; peccatū quod ē ex passione debeat dici peccatū ex infirmitate. dicendū qd̄ causa peccati ppria est ex pte anime. ī qua p̄ticipaliter ē peccatū. Potest aut̄ dici infirmitas ī anima ad similitudinē infirmitatis corporis. Dicit̄ aut̄ corpus hominis esse infirmū qn̄ debilitatur uel impedit̄ ī executione pprie operationis ppter aliquā mozdinationē p̄tū corporis. ita scz qd̄ humores & mēbra hominis nō subduntur uirtuti regitiue & motiue corporis. Vn̄ & mēbrum dicit̄ esse infirmū. qn̄ non potest pficere opationem mēbri sani. Sicut oculū qn̄ non potest clare uidere. ut dicit̄ phus ī. x. de hystoris animalū. Vn̄ & infirmitas aīe dicit̄ tur qn̄ aīa impeditur ī ppria opatione ppter ī ordinationem p̄tium ip̄ius. Sicut aut̄ ptes corporis dicit̄ mozdinate qn̄ non sequit̄ ordmē nature. ita & ptes aīe dicunt̄ mozdinate quādo non subdunt̄ ordinē rōnis. Ratio enim ē uis regitiua p̄tium anime. Sic ergo qn̄ extra ordmē rōnis uis cōcupiscibilis aut irascibilis aliqua passione afficitur. & p̄ h̄ impedimentū prestat̄ modo predicto debite actioni hominis. dicit̄ peccatū esse ex infirmitate. Vnde & phus

in primo **E**t h. compat incontinentē paralytico cuius ptes mouent in contrariū eius qđ ipse dī sponit. **E**t sicut q̄nto fuerit motus fortioz in cozpe p̄ter ordinē nature. tanto ē maioz infirmitas. ita quanto fuerit motus fortioz passio nis p̄ter ordinē rōnis tanto est maioz infirmitas anime. **E**t nota qđ qz pētī principalit̄ consistit in actu uoluntatis qđ non impedit̄ p̄ corporis infirmitatē. potest qui ē infirmus corpore. p̄mptam habere uoluntatē ad aliqd̄ faciendum. impedit̄ aut̄ p̄ passionē ut sup̄dictū est. **V**n̄ cū dicī pētī esse ex infirmitate. magis est ad infirmitatē anime referendū. q̄z ad infirmitatē cozpis. **D**icī tñ & ip̄a infirmitas anime infirmitas carnis. m̄ntū ex cōditiōe carnis passiones aīe insurgūt in nobis. eo qđ appetitus sensitīuus est uirtus utens organo corporali. **L**icet aut̄ assentire uel nō assentire hiis ad qđ inclin̄at passio sit in potestate uoluntatis & p̄ t̄to dicī appetitus n̄r sub nob̄ esse. **G**e. iiii. **S**ub te erit appetitus tuus. & tu dñaberis illius. tñ ip̄e assensus & dissensus impeditur modo predicto.

**A**d quartū scz utrū amor sui sit principiu & causa omnis pētī. dicendū qđ sic sup̄dictum est. p̄pria & p̄ se causa pētī accipiendā ē ex pte conuersionis ad cōmutabile bonū. ex qđ quidē pte omnes actus pētī p̄cedunt ex aliquo inordinato appetitu alicui⁹ t̄pali boni. **Q**z autē aliqs appetat inordinate aliqd̄ t̄pale bonū. p̄cedit ex hoc qđ inordinate amat seip̄m. hoc enī est amare aliquē uelle sibi bonū. **V**n̄ māifestū ē qđ inordinatus amor sui ē causa oīs pētī

**A**d quintū scz utrū conuenientē ponantur cause pētōz esse cōcupiscentia carnis. cōcupiscentia oculoꝝ. & sup̄bia uite. de quibus habet̄. i. Io. ii. dicendū. qđ sic iam dictū ē inordinatus amor sui est causa omnis pētī. in amore autē sui includit̄ inordinatus appetitus boni. **V**n̄ usq̄qz enī appetit bonum ei quē amat. **V**n̄ manifestū est qđ inordinatus appetitus boni est causa omnis pētī. **B**onū autē dupliciter ē obiectū sensibilis appetitus. in quo sunt anime passioēs qđ sunt causa pētī. **V**no modo absolute h̄m qđ ē obiectū cōcupiscentie. **A**lio modo sub rōne ardui. p̄ ut est subiectū irascibilis ut sup̄dictū est. **E**st autē duplex cōcupiscentia. **V**na quidē naturalis qđ est eoz quibus natura cozpis sustentat̄. siue quantū ad conseruationēz indiuidui. sic cibus & potus & alia h̄mōi. siue quantū ad conseruationē speciei. sic inuenereis. & hoz inordinatus appetitus dicī cōcupiscentia carnis. **A**lia est cōcupiscentia animalis. eoz scz qđ p̄ sensū carnis sustentationēz aut delectationē non afferunt. s̄ sunt delectabilia h̄m apprehensionem ymaginationis aut alicuius h̄mōi acceptiōis. sic sūt pecunia. ornatus uestiū. & alia h̄mōi. & h̄ quidē animalis cōcupiscentia uocat̄ cōcupiscentia oculoꝝ. siue intelligat̄ cōcupiscentia oculoꝝ. i. ip̄i us uisionis qđ fit p̄ oculos ut referat̄ ad curiositatē. h̄m qđ auḡ. exponit. x. cōfess. siue refera

tur ad cōcupiscentiaꝝ rerū qđ exterius oculis p̄ponunt̄. ut referat̄ ad cupiditatē. h̄m qđ ab aliis exponit̄. **A**ppetitus aut̄ inordinatus boni ardui p̄inet ad sup̄biam uite. nam sup̄bia est appetitus inordinatus excellentie ut inferius dicet̄. & sic patet qđ ad ista tria reduci possūt omnes passiones qđ sunt causa pētī. **N**ā ad duo prima reducunt̄ omnes passiones cōcupiscentie. ad tertiū autē omnes passioēs irascibilis. qđ ideo non diuidit̄ in duo qz omnes passiones irascibilis cōfōmant̄ cōcupiscentie aīali. **E**t nota qđ cōcupiscentia oculoꝝ non dicī hic cōcupiscentia omniū rerū qđ oculis uideri possūt s̄ solū eaz in quibus non querit̄ delectatō carnis qđ est h̄m tactū. s̄ solū delectatō oculi. i. cuiuscūqz apprehensioe uirtutis. **D**icī aut̄ cōcupiscentia magis h̄m uisū qz h̄m alios sensus qz sensus uisus est excellentioꝝ.

**A**d sextū scz utrū passio qđ est causa pētī diminuat pētī. dicendū qđ pētī essentialit̄ consistit in actu liberi arbitrii qđ est facultas uoluntatis & rōnis. passio autē est motus appetus sensitīui. appetitus aut̄ sensitīuus potest se habere ad liberū arbitriū. & antecedentē & consequentē. antecedentē quidē h̄m qđ passio appetitus sensitīui trahit uel inclin̄at uoluntatē ut sup̄dictū ē. cōsequentē aut̄ h̄m qđ motus superior uiriū si sint uehementes redundant in inferiorē. non enī potest uoluntas intente moueri in aliqd̄ quā exciteat̄ aliqua passio in appetitu sensitīuo. **S**i igit̄ accipiat̄ passio h̄m qđ p̄cedit actū pētī. sic necesse ē qđ diminuat peccatū. **A**ctus enī in t̄m est pētī inquantū est uoluntariū. & in nobis existens. **I**n nobis autē esse aliqd̄ dicī p̄ rationē et uoluntatē. **V**n̄ qñ ratio & uoluntas ex se aliqd̄ agūt non ex impulsu passionis magis est uoluntariū et in nobis existēs. & h̄m h̄ passio minuit pētī inquantū minuit uoluntariū. passio aut̄ consequens non diminuit pētī. s̄ magis auget. uel pot̄ est signū magitudinis eius. inquantū scz demonstrat intentionē uoluntatis ad actū pētī & sic uerū est qđ q̄nto aliqs maioꝝ libidine uel cōcupiscentia peccat. tanto magis peccat.

**A**d septimū scz utrū passio totalit̄ excuset pētī. dicendū qđ h̄m hoc solū aliqs actus qđ est de gñe suo malus totalit̄ a pētō excusat̄. qđ totalit̄ inuoluntariū reddidit̄. **V**n̄ si sit talis passio qđ totalit̄ inuoluntariū reddat actū sequentē. totalit̄ a pētō excusat̄. alioqñ non totalit̄. **C**irca qđ duo considerāda uidentur. **P**rimo quidē qđ aliqd̄ potest esse uoluntariū uel h̄m se sicut qñ uoluntas directe in ipsum ferē. uel h̄m suā causam qñ uoluntas ferē i causam & non in effectū. ut patet i eo qđ uoluntarie inebriat̄. ex h̄ enī qđ ei uoluntariū imputatur quod p̄ ebrietatē cōmittit̄. **S**cdo considerandū ē qđ aliqd̄ dicī uoluntariū directe et indirecte. **D**irecte quidē id i qđ ferē uoluntas. **I**n indirecte aut̄ illud qđ potuit uoluntas p̄hibere. s̄ non p̄hibet. **S**cōm h̄ igit̄ distinguendū est. qz passio quidē qñqz ē tāta qđ totalit̄ aufert

Usum rationis. sicut patet in hiis qui propter amorem uel irā insaniūt. & tūc si talis passio a principio fuerit uoluntaria. imputatur actus ad peccatū. qz ē uoluntarius ī sua causa. sicut etiā am de ebrietate dictū est. Si uero non fuit uoluntaria s; naturalis. puta cum aliquis ex egritudine uel aliq; hmoi causa incidit in tales passionē q; totaliter aufert usum rōnis actus redit omnino in uoluntarius. & p consequēs totaliter a peccō excusat. Qñq; uero passio nō ē tāta q; totaliter intercīpiat usum rōnis. et tūc ratio potest passionē excludere diuertendo ad alias cogitationes uel impedire ne suū consequatur effectum. qz mēbra non applicant opī nisi p consensū rationis. ut supradictū est. Vnde talis passio non totalitē excusat a peccato.

**H**oc autē scz utrū peccatū quod ē ex passione possit esse mortale. dicendū q; peccatū mortale ut supradictū est consistit ī auersione ab ultimo fine q; est deus. q; quidē auersio pīnet ad rationē deliberantē cuius etiā est ordinare ī fine. h; igit solūmodo potest cōtingere q; inclinatio anime ī aliqd qd contrariat uelimo fini non sit peccatū mortale. qz ratio deliberans non potest occurrere. quod contingit in subitis moribus. Cū autē ex passione aliq; peccat ad actū peccati uel ad consensum deliberatū hoc non fit subito. Vñ ratio deliberans potest hic occurrere. potest enī excludere uel saltē impedire passionē. ut dictū est. vñ si non occurrat. est peccatū mortale. sicut uidemus q; multa homicidia & adulteria p passionē cōmittunt. Et nota q; aliquod peccatū potest dici ueniale tripliciter. Vno modo ex causa. qz scz habet aliquā causam uenīe q; dimittit peccatū. et sic peccatū ex infirmitate uel ignorātia dicit ueniale. Alio modo ex euentu. sicut omne peccatū fit ueniale p penitentiā. i. ueniam consecutum. Tertio modo dicit ueniale ex gēne. sic uerbu; otiosum. & h; solum ueniale opponit mortali. Peccatū autē quod est ex passione dicit ueniale. primo modo qz scz in se habet causam uenīe. potest tñ esse mortale sicut dictū est.

**DE CAUSIS PECCATI. DIS. VIII.**

**D**einde cōsiderandū ē de causa peccati q; est ex pte uoluntatis q; dicit malitia. Et circa h; querunt q̄tuor. Primo utrū aliq; possit ex certa malitia uel industria peccare. Secūdo utrū q; peccat ex habitu. peccet ex cta malitia. Tertio utrū quicūq; peccat ex certa malitia. peccet ex habitu. Quarto utrū ille q; peccat ex cta malitia grauius peccet q; ille q; peccat ex passione.

**H**oc primū scz utrū aliq; possit ex industria uel ex certa malitia peccare. dicendū q; homo sicut & quelibet alia res naturaliter habet appetitū boni. Vñ q; ad malū eius appetitus declinet. contingit ex aliq; corruptione seu iordinatione ī aliquo principio; homis. Sic enī & in actionibus rerū naturalū peccatū inueniē principia autē hūano; actū sunt intellectus & appetitus tam rationalis q; dicit uoluntate;

q; sensitius. Peccatū igit in hūanis actib; cōtingit qñq; sicut ex defectu intellectus. puta cum aliquis p ignorantiā peccat. & ex defectu appetitus sensitui sicut cum aliquis ex passione peccat. ita etiā ex defectu uoluntatis q; est inordinatio ipius. Est autē uoluntas inordinata qñ min⁹ bonū magis amat. cōsequens autē est ut aliq; eligat pati detrimentū in bono min⁹ amato. ad h; q; potiat bono magis amato. sic cū homo uult pati abscisionē mēbri etiam sciēter ut conseruet uitā quā magis amat & p hunc modū qñ aliq; inordinata uoluntas aliq; bonū tpale plus amat. puta diuitias uel uoluptates. q; ordinem rōnis uel legis diuine uel caritatē dei. uel aliqd hmoi. sequit q; uelit dispendiū in aliquo spūali bono; ut potiat tur aliquo tpali bono. nihil autē ē aliud malū q; priuatio alicuius boni. & h; h; sciēter uult aliq; malū spūale qd est malū simpliciter. p qd bonū spūale priuat. ut bono corpali potiatur. Vñ dicit ex certa malitia uel ex industria peccare q; sciēter malū eligens. Cum autē dicat phis. q; omis malus ē ignorans. Et pū. xiiii. Errant q; opant malū. sciendū q; ignorātia qñq; quidē excludit sciētiā. qua aliquis simpliciter scit hoc esse malū qd agit. & tunc dicitur ex ignorātia peccare. Qñq; autē excludit sciētiā qua homo scit h; nunc malū esse sic cum ex passione peccat. Qñq; autē excludit sciētiā qua aliquis scit h; malū non esse sustinendū ppter consecutionē illius boni. scit tñ simpliciter h; esse malū. & sic dicit ignorare q; ex certa malitia peccat. Item cū dicat dionysius. iiii. de di. no. q; nullus intendēs ad malū opatur. intelligendū est q; malū non potest esse h; se intentū ab aliquo. potest tñ esse intentum ad uitandū aliud malū. uel ad consequendum aliq; bonū. & ī tali casu aliquis eligeret consequi bonū p se intentū absq; h; q; pateret detrimentū alterius boni. Sicut si aliq; lasciuus uellet frui delectationē absq; offensa dei s; duobus ppositis magis uult peccando incurere offensam dei. q; delectationē priuē. Sciendum etiā q; malitia ex qua aliq; dicit peccare potest intelligi malitia habitualis. h; q; habitus malus a pho nomiat malitia. sic habit⁹ bonus dicit uirtus. & h; h; aliq; dicitur ex malitia peccare. qz peccat ex inclinatione habitus. Potest etiā intelligi malitia actualis. siue ipa mali electio nomine malitia. & sic dicit aliquis ex malitia peccare in quantum ex mali electione peccat. siue etiā malitia dicit pcedēs culpa. ex qua orit subsequēs culpa. Sic cū aliquis impugnat fraternā gratiā ex inuidia. & tunc idem non ē causa sui ipsius. s; actus interiōr est causa actus exterioris. & unū peccatū est causa alterius. non tñ ī infinitū. qz est de uere in aliquod primū peccatū qd nō causatur ex aliquo priorī peccō.

**H**oc secūdū scz utrū omis q; peccat ex habitu peccet ex certa malitia. dicendū q; non est idem peccare habentē habitū. & peccare ex



habitu. uti enim ex habitu non est necessariū s; subiacet uoluntati habentis. unde & habitus diffinit esse quo quis utitur cum uoluerit. & ideo sicut potest contingere q; aliq; habēs habitū uiciosū. prumpat in actum uirtutis. eo q; ratio non tota corrumpit p malū habitū. s; aliquid eius integrū manet. ex quo prouenit q; peccator opatur aliqua de genere bonozū. ita etiā potest cōtingere. q; habēs habitū interdū nō ex habitu opet. sed ex passione insurgente vel etiā ex ignozātia. sed quādo utitur habitu uicioso. necesse est q; ex cōtra malitia peccet. q; unicuiq; habēti habitū est p se diligibile illud quod ē ei conueniens s; p ppiū habitū. q; sic ei quodam mō cōnaturale est. s; q; consuetudo & habitus uertit in naturam. h; autē qd est alicui conueniens s; habitū uiciosū. est illud quod excludit bonū spūale. ex quo sequit q; homo elegat malū spūale ut adipiscat bonū quod est s; habitū conueniens. & h; est ex certa malitia peccare. Vñ manifestū est q; quicūq; taliter peccat. peccat ex certa malitia.

det pētm pena damni quod etiā est infinita. ē enim  
amissio infiniti boni scilicet dei. Ex parte autē cōuer-  
sionis respōdet ei pena sensus quod etiā ē finita.

**A**d quintū scilicet utrum omne pētm inducat rea-  
tū eterne pene. dicendum quod sicut supradictū  
est. pētm causat reatū eterne pene inquantū  
irrepabiliter repugnat ordini diuine iustitie. p  
hoc scilicet quod cōtrariat ipsi pncipio ordinis quod est  
ultimus finis. Manifestū est autē quod in quibus-  
dam pētis est quidē aliqua inordinatio. non  
tū p contrarietate ad ultimū finē. s; solū circa  
ea quod sunt ad finē. inquantū plus uel min⁹ de-  
bite eis intendit. saluato tū ordine ad ultimū  
finē. puta cum homo & si ad aliquā rem tempo-  
ralem nimis afficiat. non tū p ea uellet deus  
offendere. aliqd cōtra eius preceptū faciēdo  
vñ hūmōi pētis nō debet pena eterna. s; tpalis.

**A**d sextū scilicet utrum reatus pene remaneat  
post pētm. dicendum quod in pētm duo possūt  
cōsiderari scilicet actus culpe. et macula sequēs.  
Planū est autē quod cessante actu pēti. remanet  
reatus in omnibus pētis. Actus enim pēti facit  
hominē reū pene. inquantū transgredit regu-  
lam diuine iustitie ad quā non redit nisi p res-  
compensationē pene quod ad equalitatem iustitie  
reducit. ut scilicet qui plus uoluntati sue indul-  
sit quod debuit contra mandatum dei agens sicut or-  
dinem diuine iustitie aliqd contra id quod uellet  
simpliciter spontaneus uel inuitus patiāt. quod  
etiā in iniuriis hominibus factis obseruat. ut per  
recompensationē pene reintegretur equalitas  
iustitie. Vñ patet quod cessante actu pēti uel ini-  
urie illate. adhuc remanet debitū pene. Sed si  
loquamur de ablatione pēti quantū ad macu-  
lam. sic manifestum est quod macula pēti ab aīa  
auferrī non potest nisi p hoc quod aīa deo cō-  
iungitur. p cuius distantia detrimentū nito-  
ris incurbat quod ē macula. ut supradictū est.  
Coniungit autē homo deo p uoluntatē. vnde

macula peccati ab homine tolli non potest. nisi uoluntas hominis hominem diuine iustitie acceptet. ut scilicet uel ipse pena sibi spontaneus assumat in recompensatione culpe preterite. uel etiam a deo illam patienter sustineat. Veroque enim modo pena ratione satisfactoria habet. Pena autem satisfactoria diminuit aliquid de ratione pene. Est enim de ratione pene quod sit contra uoluntatem. Pena autem satisfactoria & si secundum absolutam considerationem sit contra uoluntatem. tamen nunc & per hoc est uoluntaria. unde simpliciter est uoluntaria. secundum quod autem inuoluntaria. sicut patet ex hiis que supra de uoluntario et inuoluntario dicta sunt. Dicendum est ergo quod remota macula culpe. potest quidem remanere reatus. non pene simpliciter. sed satisfactorie.

**A**d septimum scilicet utrum omnis pena inferatur propter aliquam culpam. dicendum quod sicut iam dictum est. pena potest dupliciter considerari. simpliciter. et in quantum satisfactoria. Pena quidem satisfactoria est quodammodo uoluntaria. et quia contingit eos qui differunt in reatu pene esse unum secundum uoluntatem. unione amoris. inde est quod interdum aliquis qui non peccauit penam uoluntariam. pro alio portat. sicut etiam in rebus humanis uidemus quod aliquis in se transfert alterius debitum. Si uero loquamur de pena simpliciter secundum quod habet rationem pene. sic semper habet ordinem ad culpam propriam. sed quoniam quidem ad culpam actualem. puta quoniam aliquis uel a deo uel ab homine pro peccato commisso puniatur. quoniam uero ad culpam originalem. & hoc quidem. uel principaliter. uel consequenter. Principaliter quidem pena originalis peccati est quod natura humana sibi relinquere destituta auxilio originalis iustitie. Sed ad hoc consequenter omnes penalitates que ex defectu nature in omnibus contingunt. Sciendum tamen quod quoniam aliquid uidetur esse penale quod tamen non habet simpliciter rationem pene. Pena enim est species mali. malum autem priuatio boni. Cum autem sint plura hominis bona scilicet anime. corporis. & exteriorum rerum. contingit interdum quod homo patiatur detrimentum in minore bono. ut augeatur in maiori. sicut cum patitur detrimentum pecunie propter sanitatem corporis. uel in utroque horum propter salutem anime. & propter gloriam dei. & tunc tale detrimentum non est simpliciter malum hominis. sed secundum quid. Unde non dicitur simpliciter rationem pene. sed medicine. Nam et medici austeras potiones proponunt infirmis ut conferant sanitates. Et quia homini non proprie habent rationem pene. non reducuntur ad culpam sicut ad causam. nisi pro tanto quod hominem oportet humane nature medicinas penales exhibere. est ex corruptione nature que est pena originalis peccati. In statu enim innocentie non oportuisset aliquid ad profectum uirtutis inducere per penalia exercitia. Unde hoc quod est penale in talibus. reducitur ad culpam originalem sicut ad causam.

**A**d octauum scilicet utrum unus puniri debeat pro peccato alterius. dicendum quod si loquamur de pena satisfactoria que uoluntarie assumitur. con-

tingit quod unus portet penam alterius in quantum sunt quodammodo unum. sicut iam dictum est. Si autem loquamur de pena pro peccato inflictam in quantum habet rationem pene. sic solus unusquisque pro suo peccato puniatur. quod actus peccati aliquid pro se penale est. Si autem loquamur de pena que habet rationem medicine. sic contingit quod unus puniatur pro peccato alterius. Dictum est enim quod detrimenta corporaliu rerum uel etiam ipsius corporis sunt quedam penales medicine ordinate ad salutem anime. Unde nihil prohibet talibus penis aliquem puniri pro peccato alterius uel a deo uel ab homine. utpote filios pro patribus. & subditos pro dominis. in quantum sunt quedam res eorum. ita tamen quod si subditus uel filius est princeps culpe huius penalis defectus. habet rationem pene quantum ad utrumque. scilicet & quantum ad eum qui puniatur. & quantum ad eum pro quo puniatur. Si uero non sit particeps culpe. habet rationem pene quantum ad eum pro quo puniatur. quantum uero ad eum qui puniatur. habet rationem medicine tantum. nisi per accidens in quantum peccato alterius consentit. ordinatur enim et ad bonum anime si patienter sustineat. Pene uero spirituales non sunt medicinales tamen. quod bonum anime non ordinatur ad aliud melius bonum. Unde in bonis anime nullus patitur detrimentum sine culpa propria. & propter hoc etiam talibus penis ut apud dicitur in epistola ad ephesios. unus non puniatur pro alio. quod quantum ad animam filius non est res patris. unde & huius causam dominus assignans dicit. Eze. xviii. Omnes anime mee sunt. Unde quod dicitur. Exo. xx. Ego sum deus zelotes uisitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem hiis que oderunt me. Et Math. xxiii. Veniet super uos omnis sanguis iustus que effusus est super terram. utrumque istorum referendum esse uidetur ad penas temporales uel corporales. in quantum filii sunt res quedam parentum. uel successorum predecessorum. Vel si referatur ad penas spirituales. hoc dicitur propter imitationem culpe. Unde in Exo. additur. hiis que oderunt me. & in Math. dicitur. Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Dicit autem puniri peccata patrum in filiis. quod filii peccatis patrum nutriti proniores sunt ad peccandum. cum. propter consuetudinem peccandi. & in peccatis diutius manendi. cum etiam. propter malum exemplum quod accipiunt a patribus. quasi auctoritatem & uitam eorum mala sequentes. Sunt etiam ipsi maiori & acerbiori pena digni. si graues penas patrum suorum uidentes quas propter peccata sua tollerant. non sunt correcti. Ideo addidit dominus in auctoritate preallegata. In tertiam & quartam generationem. Exo. xx. quia tantum consueuerunt homines uiuere. ut usque in tertiam & quartam generationem uideant. Et sic mutuo uidere possunt & filii peccata & malam uitam parentum suorum ad imitandum. & similiter patres filiorum penas ad dolendum. Quantum autem ad penas temporales uel corporales puniuntur filii pro peccatis parentum suorum. & secundum iustitiam humanam sicut patet in crimine lese maiestatis. & iste penarum remedia quedam uel medicine sunt contra

culpae sequentes. ut uel ipsi qui puniunt uel alii cohibeantur a similibus culpis. Magis autem dicuntur propinquius quam extranei puniri pro peccatis aliorum. tum quia pena propinquorum quodammodo redundat in illis qui peccauerunt in quantum filius est quedam res patris ut dictum est. cum etiam quia & domestica propinquorum exempla & domestice eorum pene magis mouent. uel quam aliquis nutritus est in peccatis parentum uehementius ea sequitur. & si ex eorum penis non est deterritus obstinatio uidetur. Vnde & maior pena dignus est.

### DE PECCATI DIUERSIS EFFECTIBVS. (DISTINCTIO XX.)

**D**emum considerandum est de diuersis effectibus malis & damnis qui faciunt peccatum in anima. propter quod peccatum summo modo cauendum est. & omnimode detestandum. Circa quod considerare debemus septem. Primo quia si peccatum non esset. nihil posset esse quod homini obesset. Secundo quia si peccatum non esset. quicquid est homini prodesset. Tertio quia deo summe displicet. Quarto quia bonus angelus illud summe abhorret. Quinto quia sanctis omnibus iniuriam infert. Sexto quia dyabolo summe placet. Septimo quia facienti multipliciter nocet.

**P**rimo igitur cum summa sollicitudine cauendum est peccatum. quia si peccatum non esset. non oporteret hominem timere nec mortem. nec infernum. nec purgatorium. nec iudicium. nec aliquod periculum. Si ergo timenda sunt hec omnia. summe timendum & cauendum est peccatum. propter quod solus hec omnia sunt timenda. Item nihil nocet homini sine hoc malo. **Gre.** Nulla nocebit aduersitas si nulla dñetur iniquitas. **Eccles. viii.** Qui custodit mandatum non experiet quicquid mali. Item qui habet hoc malum. nihil est ei bonum. **Sene.** Nihil est homini bonum sine se bono. Hoc solum malum facit hominem malum. **Math. xxvi.** Bonum esset illi si natus non fuisset homo ille. immo melius esset ei non esse quam malum esse. quia malus caritatem non habet. Quia qui non habet. nihil quod faciat aut quod habeat aliquid ei prodest. **1. Cor. xiii.** Si distribuero. &c. Sequitur. caritatem autem non habuero. nihil mihi prodest. immo nihil est scilicet in ualere. **1. Cor. supra dicitur.** Si caritatem non habuero nihil sum. immo minus quam nihil quia faciendo peccatum. destruit homo illud quod in ipso est bonum. Item ibidem supra. Si linguis hominum loquar. & angelorum. caritatem autem non habeam factus sum uelut es sonans. aut cymbalum tinniens.

**S**ecundo quia homini qui est peccato innoxius. omnia cooperantur in bonum. **Ro. ix.** Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. immo omnium bonorum princeps est. **ps.** Particeps ego sum omnium timentium te. **Et. ysa. iiii.** Dicite iusto quoniam bene. &c. **Aug.** Sectamini caritatem. sine qua diues pauper est. & cum qua pauper est diues. Non solum autem bona cedunt bonis in bonum. immo etiam mala culpe & pene conuertuntur eis in bonum. nam in omnibus lucrantur. in bonis congaudent. in malis condolendo. In passionibus sanctorum legitur. quod cum quidam gentilis compateretur

martyrio cuiusdam uirginis. uidit duas coronas ab angelo deferri. unam martyri propter passionem. aliam sibi propter compassione. & occasione huius uisionis conuersus ad deum. martyrium suscepit. Item malum culpe cedit electis in bonum. dum de propriis dolent. & alienis condolent. & fit peccatum simile serpenti dicto tyro. de quo conficitur uenenum mortalissimum. & tyriaca quae est remedium contra uenenum. quia de peccato summi toxicum uenenosissimum pro peccati delectatione & peccati remedium. pro proprii peccati detestatione & abhominacione & contritione cordis. & per alieni peccati compassionem. **Iere. xxx.** A uulneribus tuis sanabo te.

**T**ertio cauendum et detestandum est peccatum. quia deo summe displicet. quod patet in. vii. Primo quia nihil ei displicet preter peccatum. **Sap.** Nihil odisti eorum quae fecisti. Immo omnia diligit. in quibus peccatum non inuenit. Item nullum habet ita bonum amicum quem non habeat odio si in peccato mortali fuerit. & pessimum reputat inimicum. **Ve patet in lucifero. & iuda. Eccl. xii.** Altissimus odio habet peccatores. **ps.** Iniquos odio habui. **Secundo** ex contumelie irrogatione quam facit deo. Vna est quia coram eius oculis spiritus sancti eius dilectissima. uilissimo adultero. id est dyabolo prostituit scilicet animam. **Iere. ii.** Quo prostituta es meretrix. Item filiam eius spoliat & corrumpit. **ps.** Corrupti sunt & abhominabiles facti sunt. &c. **Aug.** Peccatum est spoliatio boni grauitatis & corruptio boni naturalis. Item filios & filias dei in oculis eius occidit scilicet bona opera & uirtutes. Item deum a domo sua propria et castro eicit. & aduersarium eius scilicet dyabolum introducit. Item templum dei succendit. Item stratam paradisi publicam obedientie mandatorum dei in contumeliam eius ad modum predonis fragit. Item ad modum iudeorum in faciem dei conspuerunt. dum eum contemnere facit. Item ipsum in quantum in ipso est iterum crucifigit. et sanguinem eius quasi fundit. dum pretium redemptionis eius abiicit. **Hebre. vi.** Rursum crucifigentes sibi metipsos filios dei. & ostentui habentes. **Ibi glo.** Christum crucifigunt & contumelie habent quae gratiam eius uilipendentes in peccatis iacent. Item glo. Plus peccat qui contemnit regnantem in celis. quam qui crucifixum ambulante in terris. **Tertio** patet qualiter ei displicet. ex persecutione quam pro peccato infert. Persecutus enim est peccatum in omni loco. ut nullus locus sit ei tutus. Persecutus fuit in peccatum in celo. ut patet in lucifero quem sic deiecit de tanta altitudine in tantam profunditatem. de tanta pulchritudine in tantam deformitatem. de tanta bonitate ad tantam paucitatem. de tanta felicitate ad tantam infelicitatem. Item patet quomodo persecutus est peccatum in paradiso terrestri scilicet in punitione prothoplastorum. Item in terra per aquam diluuii. & per ignem sodomorum. Item in aere. quod patet in grandinatione egyptiorum & habitatorum terre promissionis. Item in terra. quod patet in absorptione dathan & abiram. Item per angelos suos. & per alias creaturas suas. & etiam per ipsos

demonēs psequitur deus pctā faciētes. h mul  
tipliciter in inferno eternaliter. ysa. xxxiiii. In  
ebriatus est in celo gladius meus. & usq; ad  
yduameam descendet. **Q**uarto patet quan-  
tū deo displicet ex dei immutatioe. Benignis-  
simū enī & clementissimū patrē mutat in cru-  
delissimū iudicem. ita q; p toto mundo non  
dimittat quin filios quos creauit quos tm di-  
lexit si eos in mortali pctō in morte inuenerit  
etiā si possēt fugere sub pallio bte uginis gla-  
dio eterne damnationis interficiat. & i i gne  
eternū sine retractatione piciat. & puniat.  
pū. vi. Zelus & furoz uiri nō parcerē die uin-  
dicte. nec acquiescet cuiusq; precibus. nec acci-  
piet p redemptione dona plurima. &c. **Q**u-  
nto patet i bonoz abhoiatioe. si fuerint infe-  
sta h ex toxico. pū. xv. Victime pctōz abhoi  
nabiles. Eccl. xxxiiii. Dona iniquoz non pro-  
bat altissimus. nec respicit i oblationibus eoz.  
Facit pctōz facientes opa de gne bonorū.  
ut iudei de quibus i. ps. Dederūt i escam meā  
fel. &c. Itē ipi sunt similes uetule facienti case-  
um cū manibus ulcerosis que eis limpiditū  
oculoz. & nasi saniem tergens. canē & catū  
eis dē tractans. caseum piciat muscas in eo  
comprimens. sic hic caseus abhominabilis est  
h cernēt. sic eoz opa deo sunt abhominabilia.  
licet de gne bonorum sint cū fiunt cum pctō  
**S**exto patet quantū deus odit pctm ex ei  
elaborationis destructione. omnes ei labozes  
suos fere assumpit ut pctm destrueret. Volu-  
it enī carnē assumere ut carnē a pctō mūdaz.  
predicare ut illud contemneret sacramenta in-  
struere ut illud destrueret. aplos et discipulos  
p mundū mittere. ut illud impugnet. uen-  
tū uoluit. ut nos a peccato redimeret. ligari.  
ut nos ab ipō dissolueret. uulnerari. ut nos ab  
ipō sanaret. sanguinē suū fundere. ut p ipsū  
nos a pctō lauaret. damnari. ut pctm damna-  
ret. crucifigi. ut illud crucifigeret. transuerberari  
& mozi. ut illud transfigeret & occideret  
Iero. Gratias tibi referimus saluatorz seculoz.  
q; fortissimū aduersariūz nrm eiecisti. quē dū  
occideris occidisti. In hoc fuit similis sampso-  
ni. q; mozi uoluit ut phylisteos occideret. Glo-  
sup illud. Collo. iii. Innocens occiditur. pctm  
occidit. **S**eptimo patet ex dei sepatione. &  
exheredatione pctōz. & deiectione in perpetuū  
carcerem. Nullus enī amicus eius ita car-  
tus est ei quin qmēto peccat mortaliter sepe-  
t eum a sui societate & suoz. & bonoz suoz p-  
uet picipio. & exheredet eū a regno. & detru-  
dat in carcerē ppetuū. & hoc nisi ante mortē  
pacē cū eo fecerit. ysa. lxx. Iniquitates urē di-  
uiserunt inter uos & deum uestrum.

**Q**uarto timendū & detestandū est pctm  
q; sanctis angelis displicet & uetet. In ui-  
tis patrū dicit. q; cū quidā senex ambularet p  
heremū. uidit duos angelos cōcomitantes se.  
unū ad dexterā & aliū ad sinistram. Et cū m-  
uenissent cadauer hominis fetidū. senex obtura-  
uit nares suas non ualens fetozem sustinere.

Angeli aut uiso iuvene ornato nares obtura-  
uerunt. & cū senex quereretur causam. aiunt an-  
geli. Tu cū sis caro sentis fetozem carnis. nos  
aut cū simus spūs sentimus solū spūalem fe-  
tozē pcti. **A**ns. Tolerabilius feret canis putri-  
dus hominibus. q; anima peccatrix deo & ange-  
lis eius.

**Q**uinto detestandū est pctm. q; sanctis in-  
iuriam infert. **P**rimo q; regem eoz et do-  
minū offēdit. s. deum. Eccl. xxviii. Vir pctōz  
turbabit amicos s; sūmi regis. Vel q; a cōmu-  
nionē & societate sanctorū se subtrahit. q; si  
eos excommunicatos iudicaret. Eccl. xiii. Si cō-  
municabit lupū cū agno s; pctōz cum iusto.  
aut que cōmunicatio hōi sancto ad canē. **V**i  
q; contrariū sanctis se efficit. dū cōtrarie pote-  
statī militat. Eccl. xxxiii. Sicut mors contra ui-  
tam. sic cōtra uirū iustū pctōz. Item q; quan-  
tū in ipso est gloria sanctorū imminuit q; de  
eius gloria uisa gauderet. Eccl. vii. Ne pecces i  
multitudine ciuitatis. Iac. ii. Qui offendit in  
uno. factus est omniū reus.

**S**exto q; dyabolo sup omnia placet. & hoc  
ppter maximū lucrū quod ibi facit. **V**bi  
animas sanguine xpī acquisite sibi acquirit  
Vn dicit q; cū dyabolus p quendāz demonia-  
cū diceret q; pctm ei feteret. & ille q;reret qua-  
re ergo illud cum tanta diligentia pcuraret.  
respondit q; ppter lucrum. sicut cloacarius i-  
erat latrinā ppter lucrū. licet ei fetcat. Itē hoc  
patet ex eo q; assidue temptat. **G**re. Assidua  
temptatione pulsatur ut saltē tedio uincat. Eccl.  
xxvii. Leo semp uenationi insidiat. Vn bēus.  
Martinus uidens mergos in flumine. ait ut  
legitur in uita eius. Hec est forma demonum  
insidiantur incautis. captos deuozant. satiarī  
q; nequeūt deuozatis. Eius assiduitas temptā  
di patet ex h q; aliqui p. xxx. uel. xl. uel plures  
annos temptat unū paupem hominē. ut eum  
in pctm picipiet. nec cessat die ac nocte. q; si i  
tāto tpe obtinet multū gaudet. ps. Euge euge  
uiderūt oculi nri. Vnde in uita bēi Iohannis  
euangeliste dicit q; iuuenis quidam suscitatus  
a bēo iohāne dicebat q; uiderat demones gau-  
dentes de ruina pctōz quozundā conuersoz  
a bēo iohanne. & angelos de hoc lugentes.

**S**eptimo detestandū est pctm. q; homi sup  
omnia nocet. **N**ocet aut faciēti multis mo-  
dis. **P**rimo. q; facit hominē sibi ipi odiosū.  
inimicū. pestiferum & homicidāz sui. ps. Qui  
diligit iniquitatē. odit animāz suā. **T**hob. xii.  
Qui faciūt pctm & iniquitatē. hostes sūt ani-  
me sue. **S**en. Nullū consciū pctōz tuoz ma-  
gis oderis q; te. Alios fugere poteris. te autēz  
nunq; **H**ec est pestis q; ad mortem talem ad-  
ducet nos. & adduxit omēs antecessores nros  
& facientes ad mortē spūalem & eternā. **V**n  
de multū est odiēda et fugienda. **S**ap. xv. Ho-  
mo p malitiā suā occidit animā suā. Eccl. xxi.  
Quasi a facie colubri fuge pctm. &c. **D**entes  
illius dentes leonis. interficientes aīas hoīm.  
&c. **B**rn. Vita pcti ingrediētibus mel ppiat

sophisticum. progradientibus fel & acetum. egredientibus uenenuz aspidu. insanabile. ingredientes examinat. pgradientes obstat. egredientes exterminat. ut et in aia et in corpore simul damnenē iusto dei iudicio. Vnde ponit de hoc exemplū de rege qui uiridariū suū tradidit custodie ceci & cōtracti. Cōtractus suadebat ceco ut ad arbores eū portaret & eleuaret & de fructib⁹ ei daret qd faciebat. Qd rex aduertens. sic utrūq; morti adiudicauit. Tu cece licet te excuses qd fructus nō uideris. qā cōtractū portasti qui nō nisi per te cepisset fructus morieris. Tu cōtracte licet te excuses qd ad fructus nō ieris qā tamen cepisti et dedisti fructus morieris. Similit iudicat deus de aia ceca que corpus portat & erigit ad mala opeza faciēda. qd sine regimine eius pctm̄ explere non possit. Item ponitur exemplū de duobus fratribus sapiente et stulto. qui cū redire deberent ad patriā suam de qua elongati erant. uenerunt ad biuiū. ubi audierūt a pastozibus loci qd altera uia q̄ erat alta & arda & aspera. recte & secure ducebat ad patriā suā. alia autē q̄ erat lata et plana et delectabilis. nimis erat longa & periculosa & plena latronibus. Cū autē sapiens uellet ire p uiam arda & securā ad rogatū fatui. cū audisset periculū consentit ire p lata & spaciōsam & periculōsam uia. p quam cū irent. a latronib⁹ capti & spoliati & uulnerati sunt. & cū fatuus in foueaz p̄iceret occidendus. et alius ligatus ad mortē duceret. maledicebat fatuo dicens. qd ppter suam fatuitatem moreret. Tunc respondit fatuus. tu potius maledicaris. qz tibi potius imputandū est qui me sciebas fatuū. & mihi credidisti & acquieuisisti. Adapta quō fatuus. est corpus. Sapiens. anima uel sensualitas. & ratio. Via arda. q̄ ducit ad uitaz. penitentia est. Lata. pctm̄ & inobediētia. pastozes. pdicatores. Patria. celestis regio. Latrones. demones. Scdo facit hominē mutile & infructuosū. & simile mari mortuo qd nihil generat prinens ad uitā. ysa. lix. Opa eozuz inutilia. &c. Iere. xvii. De maledicto uiro dicitur. erit quasi mirice in deserto. qā sine fructu. uel siue utili fructū. Similes sunt quibusdā nucibus indie. q̄ deponant nuce pulchras & magnas ad modū humani capitis. et intus inueniunt plene serpentibus uel dicit in hystozia transmar. Item similes sunt sambuce. Item pomis sodomoz q̄ ferunt fructus plenos fauilla. faciunt enī labruscas cū deberēt facere uuas. ysa. v. & Deu. xxxii. de uinea sodomoz. uinea eoz et uua eoz uua felis. Item similes sunt ficulnee maledicte in q̄ fructus dñs non inuenit. Math. xxi. et Luce. xiii. Tres anni sunt qd ueni fructū qrens in ficulnea. &c. Tertio facit hominē durū. Iere. xxx. Dura dicunt pctā qz indurant. & faciūt hominē similem ramno q̄ primo quasi herba mollis indurat in arbozē & in spm̄am duram Iere. i. Pctm̄ iuda scriptū est in ungue adamā timo. maxime qn̄ senescit in corde ut fiat qua

si indelebile. Pctā iuuenū predicant in quale qz sunt delebilia de facili. Pctā senū pdicant in quid. qz eis quasi substantialit adherent. qz uix inde emendant nisi cū maximo dei miraculo. Vñ in uita bñ andree legiē. qd dñs. xl. iuuenes submersos in mari a dyabolo qui ueniebant ad sermonē eius cum solo breui uerbo su scitasset. quidā senex nicholaus nomine audito sermone eius q̄ p. lxx. annos fuerat in immundicia luxurie obduratus uenit ad eum h̄ confitēs. cui dedit euangeliū in sinu suo portandū. ut dum ardoze suo assueto stimulareē eius memoria & uirtute a pctō suo reuocareē qui dū inflammareē libidine consueta. iuit ad scortū. cui clamauit meretrix. egredere senex. qz sup te uideo mirabilia. Qui aduertens euāgelij in sinu suo confusus rediit ad aplm̄ dicens qd non poterat continere. nisi h̄ suis orationibus impetraret. Tunc andreas ei cōpatus diu contra illud pctm̄ pdicauit a tertia usqz ad nonā. & fleuit & orauit. & cum nō sentiret se esse exauditū. dixit dño qd non comederet nisi exaudireē. sic dicens. Dñe p mortuis suscitandis obtinemus misericordiā. qre n̄ p isto qui uult saluari. Tunc ad eius afflictionem uox de celo ait. Non est parū andrea. qā exauditus es p sene. h̄ oportebat qd ante p sex menses se ieiunio & oratione fatigaret. Qui cum h̄ fecisset. & uenditis om̄ibus bonis suis ea p deo paupibus erogasset. migravit ad dominū. & uox ad aplm̄. Andrea lucratus es senem. Item sicut deus p spiritū sanctū facit de corde lapideo carneū. Eze. xxxiiii. ita dyabol⁹ per pctm̄ de corde carneo facit lapideū. immoferreū. pharaonicū. dyabolicū. ut nec igne tribulationis. nec malleo pdicatiois plusquā ferreuz existens emolliat aut moueatur. Item de aqueo. i. lacrimoso & compuncto. fit cristallinum quantū ad duritiē. & impossibilē resolutionē ad lacrimas. Eccl. xiiii. Frigidus uetus aquilo flauit et induruit cristall⁹ ab aqua. De duritia cordis pctōis dicit. Bern. Nemo duris cordis salutē unquā adeptus est. nisi forte cū dñs misericors abstulit cor lapideum & dedit cor carneū. ipm̄ enī cor duruz est qd nec compunctione scindit. nec pietate molliē. nec precibus mouetur. minis non cedit. duratū ad flagella. ingrātū ad beneficia. infidū ad consilia. p̄mptū ad iudicia. inuerecundū ad turpia. impaidū ad piculosa. inhumanuz ad hūana. preteritoz obliuiscens. presentia negligēs. futura non preuidens. & ut breuiter cūcta comprehendā. ipm̄ est qd nec deum timet. nec homines reueret. De quo. Eccl. iii. Cor durū male habebit in nouissimo. Job. xl. Indurabit quasi malleatoris incus. Quarto facit hominē pcti & dyaboli seruu. i. Io. viii. Qui facit peccatū. seruus est pcti. ii. Pe. ii. A quo supat qd eius seruus est. Aug. Bonus homo si seruit liber est. malus si regnet seruus est. non unius homis. sed qd peius est tot demonioz quot uitioz. Bragmanni scripserunt alexandro sic

legitur in hystoria transmarina. & in epistola didami alexandro. Tu hostes exteriores spo-  
lias. ut interiores nutrias. tu homines tue subii-  
cis seruituti. & uitis tuis interioribus seruis.  
**Idem.** Vos nullam partem corporis uestri potesta-  
ti uestre reliquistis. quin inde tributarii sitis.  
**Vobis** tot deos aut dominos asseritis. quot mem-  
bra habetis. **Ameruam** deam capitis dicitis. iu-  
nonem quia iracunda. deam cordis. **Mareem** quia  
bellicosus. deum pectoris. **Mercurium** quia multilo-  
quus. deum lingue. **Herculem** quia magne for-  
titudinis. deum brachiorum. **Bachum** quia ebriosus  
deum gutturis. **Cupidinem** quia fornicatorum. deum  
renu. & sic de aliis. **Item** peccator uictus a dyabolo  
sive a peccato seruus est. ut ceruus uictus. de quo  
dicuntur naturales quod ex quo uincitur ab alio cer-  
uo semper postea quasi dominum suum iudicans. cum  
occurrit ei caput inclinat. & cornua demittit in  
signum subiectionis & seruitutis. **Quinto**  
facit hominem in anima deformem & nigrum. **Tre. iiii.**  
**Denigrata** est super carbones facies eorum. &c. **Te**  
**re. xiii.** Si mutare potest ethyops pellem suam  
aut pardus uarietatem suam. sic nec uos poterit  
benefacere cum didiceritis malefacere. **Eze.**  
**xvii.** Abominationem fecisti decozem. **t. Anb.**  
**Anima** si in peccato fuerit. nigrior erit coquo. **Pa-**  
**ter** autem quanta sit peccati deformitas. ex eo quod ita  
turpissima & terribilissima creatura que dicitur dya-  
bolus. nihil habet deformitatis nisi ratione peccati.  
quod diu enim sine peccato fuit. pulcherrimus fuit &  
clarissimus. **Similiem** autem anima nihil habet de-  
formitatis nisi ratione peccati. **Et nota** quod apud ethyopes que  
sunt nigriores. iudicantur pulchriores. **Similiem** in  
ter peccatores que sunt non reputantur nisi que sunt si-  
bi similes. **Similiter** apud coquos est. quia pullos  
non reputant suos. sed de gregibus usque quo nigre-  
scant. nec prudent eis. sed eos dominus quod diu non  
nigrescent pasce roze celesti. ut dicitur. **Gre. su-**  
**per illud Job. xxxix.** Qui parat coruis escam  
quoniam pulli eius clamant ad dominum. **Similiter** mu-  
dani non curant de filiis suis. nisi uideant eos  
nigrescere pro peccati & malitie speciebus. **Apud** pig-  
meos dicitur in hystoria transmarina. qui plus  
uiuunt plus nigrescunt. **Similiter** apud mudas  
nos magis de die in diem anime nigrescunt peccan-  
do. uiuendo secundum morem eorum. **Un** uitis patrum  
legitur. quod cum quidam sanctus episcopus in die pasche  
deberet communicare suos prophanos. roga-  
uit dominum quod ostenderet ei quales essent. qui uis-  
eunt diuina illuminatione quosdam ut pix nigres-  
cit. **Alios** habentes facies ignitas ut candens fer-  
rum. **Alios** habentes facies sanguineas. **Alios**  
lucidas ut sol. inter quos uidit duas mulieres  
lucidissimas ut sol. **Apparuit** autem ei angelus  
dicens quod nigri erant luxuriosi. **Igni.** auari.  
**Sanguinei.** iracundi. & maliciosi. **Lucidi** qui  
habebant gratiam dei. & ait quod due mulieres de  
quibus audierat quod erant peccatrices. pro penitentia  
quam acceperant. sic erant illuminate. **Item** paulus  
simplex cum uideret intrantes ecclesiam in alio  
os uidit hominem nebulosum & nigrum & ductum  
a demonibus gaudentibus & letantibus inca-

thematum & uinctum. & angelos remotos & tri-  
stes. **Cum** conuerteret se ad orationem & fletum  
pro eo quod uiderat. surgens inde uidet quem prius  
uiderat clarum & pulchrum & solutum. & ange-  
los letantes circa eum. & demones remotos. com-  
fatos. & tristes. **Cum** eum & alios conuocaret ut  
uiderent & audiret mirabilia domini. ille admi-  
ras dixit se esse peccatorem. sed audito in ecclesia  
uerbo. ysa. i. **Lauamini** & mundi estote. &c. con-  
punctus fuerat. **Sexto** facit hominem maculo-  
sum. **Iere. xiii.** Nunquid potest pardus depone-  
re uarietates suas. &c. **Similis** est peccator illi  
maculoso. de quo dicit petrus alfon. quod cum de-  
disset rex cuidam portitio ciuitatis sue unum  
denarium pro qualibet macula ingredientis ma-  
culosi. **Videns** ingredientem quendam claudum  
petiuit unum denarium pro claudicatione. & cum ille  
negaret. audiuit eum balbum. & cum peteret duos  
& ille reddere nollet. remouens ei caputem. in-  
uenit eum ulcerosum. tunc petiuit tres denari-  
os. quos cum differret soluere. inuenit eum mo-  
noculum. post gibbosum. & cum plus rebellis  
erat & solutionem differens. plures macule inue-  
niebant in eo. & plus oportebat eum soluere.  
**Sic** peccatorum quo plus tardat soluere peniten-  
tie debitum. in pluribus maculis inuenit dum de  
uitio in uitium ruit. ut dicitur. **Gre.** Peccatum quod  
penitentiam non diluit. suo pondere ad aliud  
trahit. **Septimo** facit hominem corruptum &  
fecidum & immundum. **Aug.** Peccatum est corrup-  
tio boni naturalis. & puatio gratuita. **Ps.** Cor-  
rupti sunt. et abominabiles facti sunt in studiis  
suis. **Hoc** est fermentum quod corrumpit totam coe-  
riem bonorum operum. **Coz. v.** Modicum fermentum  
corrumpit totam massam. **Hec** est lepra corru-  
pens animam humanam omni genere lepre. de quo  
legitur. **Leui. xiii.** & xiiii. pro totum. **Hec** est omnis  
immunditia que est abiicienda. **La. i.** Abiicite om-  
nem immunditiam quia diuersimode facit animam  
immundam omni immunditia legali. de qua. **Leui.**  
**xi.** habetur pro totum. est enim immunditia terre ut  
immundorum animalium quales sunt que propter amo-  
rem terrenorum celestia postponunt. **Item** immun-  
dum facit immunditia aque. que est immundorum  
piscium dum facit hominem curiose uoluptari &  
fluere pro immundis uoluptatibus & carnalia desi-  
deria. **Item** immunditia aeris que est in immundis  
aeribus dum facit hominem eleuari pro superbia con-  
tra deum. **Hac** immunditia super omnia uult dya-  
bolus animam fieri immundam. quod significat. **i.**  
**Macb. i.** Precepit antiochus conquinari ani-  
mas in omnibus immunditiis & abominationibus.  
**Hec** est immunditia meretricis spiritualis quo  
anima relicto deo uero sponso mecham cum dya-  
bolo. de quo satis habet. **Eze. xvi.** pro totum. **Ex**  
posuisti fornicationem tuam omni transeunti. &c.  
post in pluribus locis. **Ysa. lvi.** Iuxta me discoo-  
peruisti & suscepisti adulterium. **Et.** ysa. xxviii.  
**Coangustatum** est stratum. ita ut alter decidat  
pro allium breue utrumque opire non potest. **Primo**  
patet esse magnam immunditiam peccati ad cuius  
compensationem nullam immunditiam corporalem de-

aut sancti angeli immundicia iudicant. quia hec sola in oculis eorum totum hominem inquinat. **Matth. xv.** De corde exeunt cogitationes male &c. hec sunt que inquinant hominem. Non lotis aut manibus manducare. non inquinat hominem. **Secundo** nulla terrena ablutio animam hac immundicia immunda potest mundare nisi deus desuper mittat ei aquam celestis gratie cum igne spiritu sancti. quo ipse et non alius eam mundet cum uirtute sanguinis agni incotaminati. **Apo. i.** Qui lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. **Tercio** quia dignissimam creaturam scilicet hominem facit porco immundiorum ut sit sicut dicitur. **ii. Pe. ii.** Canis reuersus ad uomitum & sus lota in uolutabro lutu. **Quarto** quia hominem hac immundicia immundum euomit deus usque in sentinas inferni etiam quacumque accedit ad hanc per tepores **Apo. iii.** quia tepidus es incipias te euomere ex ore meo. **Quinto** quia apud deum omnia bona facta hominis immunda reddunt. quicquid tangit immunda sunt ei. **Sexto** quia deus ad ablutio nem peccati de celo descendit. **Heb. i.** Purgatorum peccatorum faciens. **Septimo** quia tot lauacra contra hanc statuit scilicet aquam diluuii & ignem iudicii & purgatorii & tribulationis. & martyrii. & passionis sue. & aque benedictae & lachrymarum & sacramentorum & uerborum suorum. &c. **Octauo** quia facit hominem in anima ponderosum. Nihil enim anima que est sine peccato leuius cum exiit a corpore. quam in momento in ictu oculi illuc uenit. ubi aliqua aquila aut auis aliqua non posset toto tempore uite sue transuolare scilicet usque supra celum sydereum. **Econtra** exuta cum mortali peccato existens non potest consistere usquequo ueniat ad inferni profundum. **In hoc patet** quod est ponderosior omni re corporea ponderosa. quia si massa plumbea esset ubi est luna. cum caderet ea terra retineret. sed peccatorem spiritum nec potuit firmamentum quod sic propter suam firmitatem dicitur. nec terra nec aliquid corporea creatura uel natura retinere quem caderet usque ad inferni nouissima. **Ideo** iniquitas sedet super talentum plumbi. **Jach. v.** Mulieri sedenti in medio amphorum edificatur domus in terra sennaar. ut ibi ponatur super basem suam. **Sennaar.** quod interpretatur fetor aut excussio dentium. aut domus uacue factionis. & significat infernum ubi basis est anime peccatricis. **Item** multum ponderat peccator. quia quantumque portat peccatum portat & dyabolum. quo nihil ratione culpe ponderosius. **Ideo** dicitur **Ecc. xxii.** Super plumbum quod grauabitur. **Et post.** Harenam & salem & massam ferri facilius est ferre quam hominem imprudentem & fatuum & impium. **Unde** dicitur. **ii. dyal. ix.** quod cum fratres construerent cellas beati benedicti leuare uolentes lapidem quem tres homines leuare debuissent leuiter. nec posset a multis moueri. uocato beato benedicto. & fugato dyabolo qui lapidi infidebat. eius oratione & benedictione tanta celeritate lapis leuatus est ac si nullum pondus habuisset. **De pondere peccati** dicitur **i. ps.** Iniquitates mee supergressae sunt caput meum et sicut onus graue granate sunt super

per me. **Cum** hoc potest non potest homo non solum per altam & artem uiam uite currere uel abulare. sed nec serpere uel se erigere nisi hoc onere depositum. **hebr. xii.** Deponetes omne pondus et omne circumstantans nos peccatum curramus ad propositum nobiscum certamen. &c. **Ad** comparationem huius oneris quod cumque onus penne leue est & penitus tribulatio. **Si** quis sentiret onus peccati & anime lesionem proferret. aut parum aut nihil omnino sentiret corporis pena. **Octauo** facit hominem uile et abiectum. **phs.** Si scire homines non agnoscerent & deos ignoscirent. tam uile est peccatum quam dedignaretur peccare. **Vilificat** enim preciosam margaritam per quam celestis negociator omnia sua uendidit & emit eam. **matth. xiii.** ut sit ex contactu lutu huius luto uilior. **Sapientie. xv.** dicitur de ydolatra tam materiali quam spiritali. **Luto** uilior uita eius. **Quidam** phs. uolens peccare aduertens anime dignitatem & peccati uilitatem ait. **Erubescere** celum intrare in seculo non. **Ideo** contra iterationem peccati clamat. **Ie. ii.** quod uilis facta es nimis iteras uias. **Ie. xv.** Si sepaueris preciosum a uili. quasi os meum eris **Abiicit** enim deus peccatorem ab ore suo ut uilissimum euomendo a sinu sue caritatis excutiendo. **i. Io. iii.** Qui manet in caritate in deo manet **Aug.** Quid times hominem homo in sinu dei positus. tale deus abiicit a suo & suorum confortio. abiicit a mundo. picit in sentinam inferni cum dyabolo. **Per** hoc lucifer uilis & abiectus abiicit ab angelorum confortio. ut leprosus. **Ad** eicitur a paradiso. **Saul** a regno. **i. Reg. xv.** Quia abiicit uerbum domini. abiicit te ne sis rex. **Ie. nabugod.** ab humano confortio. **Dan. iii.** Tibi dicitur nabug. Regnum tuum transiit a te. &c. **Ideo** dicitur **in ps.** Homo cum in honore esset non intellexit. corpus est iu. **msi.** & similis factus est illis **Non** solum similis factus est illis. sed de filio facti ueritate seruus. ut filius prodigus. **Bern.** O quam misera conditio peccatorum que de filio facit seruum peccatorum. **Idem.** Ecce quomodo de grege facta est tam egregia creatura. puta dicerent iumenta si loqui possent. **Ecce** adam quasi unus ex nobis factus est. &c. **Nono** facit hominem fatuum & insanum. cuius fatuitas apparet in tredecim qui sequitur. **Primo** in uia sua. quia per elegit magis ambulare sciens & prudens uiam latam & spaciosam que ducit ad mortem. quam ar tam que ducit ad uitam. **Matth. vii.** Abiciendo sum me sapientie consilium. puer. **i.** Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. **Similis** est illi qui cum sciret rectam uiam quam duceret ad patriam. de uoluntate fratris fatui secutus est eam quam nouerat ire ad mortis piculum. de quo supra. **Secunda** fatuitas eius est incuria. de qua **Bern.** Sic stulti estimatores de maximis minimam. & de minimis maximam curam gerunt. **Maiores** curam habent de carne morbida seruanda. quam de anima immo ut cortice carnis custodiant & nutriant & impiguent. nucleum anime sepe perdunt. **Similes** illi proposito quod canes sic impingauit. quod puelam iugulauit. **De** quo supra. **ti.** de timore huius non. **Ite** filius est illi episcopo qui maiorem sollicitudinem

habet de custodiēdo calato pleno p̄roz. q̄z de  
 multitudie animarū. Cum enī tradidisset ne  
 potulo suo archidiaconatū. & quidā appoztaf  
 fer ei calatū plenū p̄ris. & quereret cui cōmē-  
 daret. dixit nepotulus archidyachon⁹. **Mibi**  
 cōmendate. **Ait ep̄s.** Non cōfido de te. male  
 mibi custodires. **Rūdit quidā inḡr.** Miser ei  
 cōmisiſti infinitum numerū aīaz. cui non au-  
 des cōmittere calatū p̄roz. **Contra hos. bern̄**  
**Ve mibi si talentū mibi traditū negligenter**  
**seruauero. sanguine christi p̄cioso magis app̄**  
**clatū.** Si enī stillas dñici sanguinis in uase ali-  
 quo seruarem. diligens custos p̄culdubio exi-  
 terem. **Tercia eius fatuitas apparet in mē**  
**sa eius. qz p̄pter modicā stillaz dulcedines ex-**  
**tenozes. comedit cibuz immūdissimū & uene-**  
**nosissimū & bibit potuz similē potui quo ne-**  
**cesse habēt mozi i auro calice babylonis. Apo-**  
**xvii. non attendens internā & eternā amari-**  
**tudinē. Job. xx. Conuertetur panis in utero**  
**eius in fel aspidū. Deu. xxxii. Fel draconū uī**  
**nū eoz. & ē. p̄s. Fiat mensa e. co. ip. in la. & in**  
**ret. & in scan. Similes sunt illi fatuo q̄ de fru-**  
**ctibus pximi comedebat testudines. p̄pter ali-**  
**q̄z similitudinē. & cū argueret de hoc. diebat**  
**in masticando q̄re ergo se fecit prunū. Item si**  
**milis est lupo de quo fabulose dicit q̄ uulpes**  
**dedit ei rasoziū inuolutū sanguine. et cū gluti-**  
**ret & optimū diceret. dixit ei uulpes. In exitu**  
**senties cū te scindet. Item pct̄oz similis est illi**  
**rustico qui inuitatus ad nuptias. in uia sciēs**  
**bibit aquā de fimo fetidā quā euomit in por-**  
**ta nuptiaz turpiter. Et non soluz non est ad**  
**nuptias admissus. immo cū flagello in carce-**  
**rem detrusus. Sic homo hic bibens delectatio-**  
**nes immūdas in morte euomet. Iere. ii. Quid**  
**tibi in uia egypti ut bibas aquas turbidas. nō**  
**sic onagri. s; expectāt quozas inueniāt aquaz**  
**limpidā. p̄s. Expectabūt onagri in siti sua. nō**  
**bibentes aquā turbidā. Itē silis est pct̄oz coco-**  
**drillo q̄ de nilo ad pastū accedens. ad uirozes**  
**herbe ydrum inuolutū non aduerit. Sed dū**  
**herbā uiridē pascit. ydrū cū ea glutit qui eum**  
**interius intoxicat scindet & occidit. Sic pct̄m**  
**hoiez dum illicitā delectationē glutit dyabol⁹**  
**est ibi qui uult itoxicare uel potionare homi-**  
**nē. amaritudinē eius potiozis exterius inuol-**  
**uit aliq̄ dulcedine. Beda. Qui ueneni pocula**  
**porrigit q̄si labiū calicis melle tingit. ut quod**  
**dulce est sentiat ne qd̄ mortiferū est timeatur**  
**Itē Greg. Quid insanius q̄z. p̄ modica delecta-**  
**tione carnis eternis se obligare suppliciis. Itē**  
**ecōtra aug⁹. Melior est modica amaritudo i**  
**faucibus q̄z eternū tormentū i uiscerib⁹. Ber-**  
**Vita pct̄i ingrediētibus pp̄inat mel sophisti-**  
**cū. p̄gredientibus fel & acetū. egrediētib⁹ ue-**  
**nenū aspidū insanabile & ē. ut sup̄. Quarto**  
**parz fatuus & insanus. q̄a sciēs et prudens**  
**domū suā incendit et se et sua in ea cōburit et**  
**cōsumit flāma pct̄i. ut modicū calorem et mo-**  
**mentaneū ex hoc incēdio habeat explendo de-**  
**sideriū illicitū. De quo Job xxxi. Ignis ē usqz**

ad pd̄tionē deuoziās & om̄ia genim̄ina eradi-  
 cans sc̄z bonorū. i. nirtutes. In hoc efficiē simi-  
 lis auī fenici. q̄ postq̄z multas radices aromar-  
 ticas in nido suo cōgregauit se cū eis nido ap-  
 posito igne succendit. **Quinto patet fatuo⁹**  
**& insanus qz p̄p̄ splēdozē ei⁹ gladii & deco-**  
**rem sc̄z rei cōcupiscibilis se dū illicite eam appe-**  
**tit trāsuerberat & occidit cū filiis suis. i. boīs**  
**opib⁹. Ecē. xii. Rūphea bis acuta dñis iniq̄-**  
**tas. Sap̄e xv. Homo per maliciā occidit aīaz**  
**sua. Item in hoc similis est Lamie que dila-**  
**niat & occidit fetus suos diu nutritos a se**

**Sexto qz de sinu caritatis & p̄nie exit. et**  
**in os leonis peccati & lupi ifernalis qui disp-**  
**git oues. ut dicit Io. x. se p̄icit. Ecē. xxi. dentes**  
**illius dentes leonis inficiētes animas homi-**  
**nū. Septio qui in tēpoze belli et in loco cez-**  
**taminis arma uirtutum p̄icit. Boetius. talia**  
**tibi contulāz arma que nisi p̄zius abiecesses**  
**iūicta te firmitate tuerent. Octauo qz p̄ po-**  
**mo momētanez delectationis. regnū eternum**  
**uendit ad similitudinē pueri. & sibi noxia ad**  
**similitudinē infirmi concupiscit. Olee. xiii.**  
**Ip̄ est filius insipiens. p̄. iii. Vsqz quo puuli**  
**diligētis infantia. & stulci ea q̄ sibi sūt noxia**  
**concupiscunt. Nono qz serpentē ueneno-**  
**sū in sinu suo ponit. quē deberet sup̄ om̄ia fu-**  
**gere. Ecē. xxi. Quasi a facie co. fu. pec. quā**  
**ut d̄z p̄. xxxiii. In fine mordebit ut colub. &**  
**quasi regulus uenena diffundit. Decimo**  
**quā sp̄otane⁹ dyabolo se tradit hosti pessimo**  
**& cū non habeat unde possit eū ligare & te-**  
**nerē et suspendere. p̄p̄ziis manib⁹. funem**  
**facit per quē eū dyabol⁹ ligat. & seruat. ducit.**  
**et demū suspendit. p̄. v. Iniquitates sue ca-**  
**piūt impiū & funibus pct̄oz suoz quisqz cō-**  
**stringit. Aug. Qui peccatum peccato adiciit.**  
**quasi funem nequit unde liget. Iō si potes. fu-**  
**niculum peccatoz solue. si non potes soluere.**  
**rumpe. si non potes rūpere. p̄scinde. Aug⁹**  
**Peccatoz in collū mittit laqueum quo trahat**  
**& suspendat. & fasciculum spinaz portat quo**  
**cōburat. Undecimo qz sponsū speciosissi-**  
**mū & suauissimū. ip̄m s. ut dicit. Can. i. est**  
**flos campi. et lilium suallū. abiicit et in faciē**  
**eius conspuat. & medicamina eius respuit &**  
**amplexat stercoza uilissimaz delectationum.**  
**Duodecimo qz cū sit in sp̄mis peccatoz q̄**  
**bus debet comburi in infernū ip̄ortabilē. ho-**  
**nustus semper onus onezi adiciit. & gratiam**  
**quā m̄to labore acq̄sierat iutilit̄ effūdit. et re-**  
**gno celesti obstaculū ut nō intret i illud. appo-**  
**nit. Similis est illis de quib⁹ legiē. in uie. pa-**  
**q̄ angelus ostendit cuidā patri tres homines**  
**triplici fatuitate labozantes. P̄zim⁹ fasciculū**  
**de lignis faciebat. & cum p̄ ḡuedine non pos-**  
**set portare adhuc ligna semp̄ adiuēbat. Sc̄s**  
**aquā de puteo p̄fundo cū multo labore hau-**  
**riebat. & haustam in moito inutiliter funde-**  
**Terti⁹ trabē portans & uolens intrare domū**  
**in ostio eius ex transuerso ponebat. & sibi ob-**  
**icem ne intraret de eo faciebat. sic peccatoz fas-**



fatuus pct̄m peccato adiicit. gratiā dei p̄ qua diu laborauerat effūdit. regnū celozū p̄ mōbe diētie rigozē precludit. **¶** **T**redesimo. qz illud qd̄ habet glorioſius & precioſius quāto uilius poteſt & deterius expendit ſc̄z honozē diuinū de hoc qd̄ ē filiū dei. quē quāto uilius poteſt dat qn̄ p̄ pct̄m eſt filiū dyaboli. & tēpus ſuū quo nihil precioſius ut dicit. **Ber̄n̄.** Nihil p̄cioſius tpe. ſed heu hodie nihil reputatur. expendit in ſeruitiū dyaboli contra conſiliū celeſtis ſapientie. p̄. v. **N**e des alienis honozē tuū & ānos tuos crudeli. i. dyabolo. cui quāto plus ſeruias. crudeliozē inuenies eū. **S**imilis autē eſt pct̄oz qn̄qz fatuis uirginib⁹. **P**rimo qz in uafis cordiū oleū gratie non ſumpſerūt. ſ; poti⁹ abiecerūt. **S**c̄do qz cū deberēt habere ignē & oleū. tunc p̄mo aduerterūt qn̄ mendicauerūt. **T**ertio qz adueniente ſponſo nō expectauerūt ſ; recedentes iuerūt. **Q**uarto qz tpe debito imparate fuerūt. **Q**uinto qz apta ianua n̄ intrauerūt. qz uſqz quo clauſa fuit uenire diſtulerūt. **¶** **D**ecimo facit hominē monſtruozū. **S**imilis eſt pct̄oz ioculatozī qui pedes habet uel ſus celeſtia. cōculcando caput & ſenſus & manus ad inferioza. p̄pter q̄ opatur. & q̄ ſola intēdit. **I**tem ſimilis ē mōſtris marinis q̄ licet habeāt cozpa p̄ficiū. habent capita diuerſozū aīalium. **S**imilit̄ pct̄ozes licet habeant cozpa humana. coz habent ferinū. ut habeant cozda uulpina p̄ doſitatē. lupina p̄ rapacitatē. aſinina p̄ p̄gritiā. leonina p̄ ſupbiam. porcina p̄ luxuriā. canina p̄ detractiōnē & gulam. & ſic de aliis. **I**tem ſimiles ſunt beſtiis q̄ pingunt̄ in p̄ceſſione uulpes xtra ueſtite ad modū hoīm. mtus autē ſunt fere diuerſe. **M**ch. vii. **I**nterſec⁹ autē ſunt lupi rapaces. p̄s. **E**acies pct̄ozū ſumitis. **E**c̄. iiii. **N**e accipias faciem cōtra faciē. t. **I**tē ſunt onocentauri & aſini & tauri luxozioſi & laborioſi. ſūt mōſtra babyloica de quib⁹. yſa. xiii. **H**itabūt ibi ſtrutiōes et piloſi &c. **I**o. **E**rit cubile dzaconū &c. **I**tē p̄. xxx. **E**ſt generatio que p̄ dentibus habet gladios. **I**tē ſimiles ſūt monſtris infernalibus. ydzo qui dicit̄ habere vii. capita capitaliū uiciozū. **A**pō. xii. de dzacone. **I**tē ſunt ſimiles cerbero & tātalo. **I**tē ſunt ſimiles mōſtruozis p̄ſcibus. de quib⁹ i libro de mappa mundi legiē. **S**unt acephali. q̄a nō habent caput chriſtū. **M**onoculi. q̄a nō habēt aſfectū dextrū ad deū. **I**tem monipedes. q̄a nō habēt bonā uoluntatē. **Ber̄n̄.** **M**onſtruozā reſ eſt gradus p̄rimus et anim⁹ infim⁹. ſedes p̄rima et uita ima. lingua magniloqua et manus ocioſa. uultus grauis et act⁹ leuis &c. **¶** **V**ndecimo facit hoīm impotentē. q̄a per ſe pōt̄ i pct̄m cadere ſed per ſe nō pōt̄ ſurgere. **A**mos. v. **C**ecidit & non adiicit ut reſurgat. **T**reū. i. **D**edit me in manu fori de qua nō potero ſurgere. **H**omo ſimilis eſt elephantō. qui ex quo cadit nō pōt̄ ſurgere per ſe. tamē cū pro ſuo caſu barrier̄ alii cōueniūt & ſe ei adiutozes prebent ſi poſſunt. ſi non poſſunt q̄ſi cōpatiētes cū eo barrier̄ q̄ſi caſum eius lugētes. **S**imilit̄

